




Verkomp.

311040

1

St. Dr. Mag.


Verkomp.



311040

I St. Dr.

II.d. 85.



56
es.
SIMONIS SIMONIDE
POEMATIA AVREA
cum antiquitate comparanda
edita ex Bibliotheca

IOACHIMI MORSI

Accedit

VITA ET OBITVS

MAGNI IOANNIS SAMOSCHI
PATRONI SIMONIDIS.



L V G D . B A T A V .
Typis Iacobi Marci,
C L D C X I X .

TVTA EST ÆGIDE
PALLAS.

311040

I ST. OR.

ILLVSTRISSIMO AC EX-
CELLENTISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO,
DOMINO
OCTAVIANO ALEXANDRO,
DVCI PRONSCENSI,
DNO. MEO CLEMENTISSIMO,
IOACHIMVS MORSIVS
SALVTEM ET FELICITATEM
PERPETVAM P.

 Beo tempore, PRIN-
CEPS LITERATIS-
SIME, quo Nobilissi-
mus & inusitatâ doctrinâ ce-
leberrimus THOMAS SE-
GHETVS BRITANNVS, an-
te decennium me adhuc admo-
dum adolescentem, & Amplis-
simum virum Dominum Io-
ANNEM VVOWERIVM
)?(3 meum,

meum , generis humani , (heu
quondam !) delicium , in pa-
trio nostro solo humanissimè
inviseret , & ex Simonidæis his-
ce , quas Serenissimo tuo nomi-
ni consecratum eo , odis , priores
duas à se editas liberaliter obfer-
ret , de iis in lucem reducendis
semper cogitavi . præcipuè cum
perpaucissima tantum earum
exemplaria typis excusa pro-
diisse , nec vnquam illorum vlla
in Bibliopoliis publicitus exti-
tisse , simul intelligerem . Quod
meum consilium , ecce tibi , vbi
veteri meo , ac quantum est ho-
minum fidissimo familiari ,
MARTINO RVARO , quem
ob ingenium sublime , iudicium
acerri-

acerrium, & variam atque re-
conditam eruditionem, mecum
olim venerabitur posteritas, in-
dicarem: factum ut non tantum
hic illud cum aliis, quos eius-
dem instituti mei participes red-
dideram, mirificè probarit: sed
& cætera benignè suppeditarit,
quæ istis cum vitâ ac obitu lau-
datissimi ZAMOSCI, Patro-
ni SIMONIS SIMONIDIS
clementissimi, adiecimus, quo
me in proposito meo optimo
confirmaret. Aggressus itaque
serio, quod molitus iam pridem
opus, nec diutius invidiosè de-
litescere penes me immortales
Excellentiae tuæ gentilis labores
passus sum. Feliciter enim tandem

)?(4 eos,

eos, Musis ac Gratiis applauden-
 tibus, sub tuo, Apollinis nostri,
 faustissimo auspicio , in thea-
 trum literatorum totius terra-
 rum orbis produco. Nam tu
 præter Regias disciplinas ac Im-
 peratorias artes, non solum eam
 exotericarum Linguarum peri-
 tiam tibi comparasti , vt civem
 te suum Germani , Belgæ , An-
 gli, Galli, Itali, Hispani, &c. ag-
 noscant: sed & hanc quoque in-
 terioris literaturæ singularem
 scientiam , vt præ ceteris natio-
 nis vestræ, eximias authoris no-
 stri dotes, vnicè æstimare queas.
 Referens planè nobis in vniver-
 sis divinum genitorem tuum ,
 Tartarorum debellatorem for-
 tissi-

tissimum , Senatoremque Re-
gni Poloniæ sapientissimum ,
quem iam

--- fama vehit trans aquora , transque
remotas

Tethyos ambages , Atlanteosque recessus .
Audijt & gelido , si quæ Mæotica pascit
Sub Iove , vel calido si quis coniunctus
in axe

Nascentem te Nile babit .

cuius , vbi meliore mihi otio frui
contigerit , familiam potentis-
simam , & maternam S A N G V S-
Z O I O N A M stirpem antiquissi-
mam , maiorumque vestrorum
egregia facinora , ac propria me-
rita & ornamenta , quæ

--- nec ventura filebunt
Lustra , nec ignota rapiet sub nube ve-
rutas ,

¶(5) si vitæ

si vitæ meæ fila Lachesis aliquantulum adhuc extenderit,
iusto debitoque elogio perse-
quar. Nunc præmittere placuit
aurea hæc, ac cum omnibus pris-
cis comparanda Poematio, cul-
tus erga virtutes tuas cœlestes,
affectusque mei incredibilis,
qualecunq; monumentum: vi-
etrum tamen, quemadmodum
confido, quamdiu Græcis Latini-
isque literis honos aliquis in
mundo erit. Quod, tu Heros
magnanime, pro innatâ pietate
à cliente tuo excipe comiter, ac
Nestorea, cunctis florens bonis,
prosperè vive sæcula, mei in
favore perennans.

Festinabam Lugd. Bat. A. C.

M D C XIX. Mens. April.

AD

AD
CLARISSIMVM VIRVM
DN. IOACHIMVM
MORSIVM

SIMONIS SIMONIDIS

ODARVM ET RELIQVORVM
POEMATVM

Editionem parantem.

Clarissime vir,

Potquam rancidos aliquot ver-
sus Albo tuo inscripsisse, tu
me velut opum tuarum prodig-
gus quam plurimis munusculis è littera-
riâ tuâ supellectile deponitis ditasti, &
pariter amicitiae tuae fores mihi homini
nec litterato, nec tamen litterarum osori
aperuisti. Nunquam certè maiore cum
usurâ versus meos exposui, & fæenerator
hic magnus sum, qui pro vilibus istis
mercibus, pectus tuum amicissimum lu-
cratus sum. Quanquam vero is non sum,
qui Critices studio ullam mihi laudem

com-

comparaverim, tamen semper illos magni
fecī, qui cum istis studijs solidam rerum
cognitionem coniunxere. Nempe uti Ho-
mericus ille Iuppiter providè res huma-
nas letis & tristibus attemperat, ita Mu-
sarum Deus Apollo, modo prodesse, modo
delectare amat. quorum alterum pre-
stant accuratioris litteraturæ studia, al-
terum ipsarum rerum scientia. Vtrumq;
feliciter coniunxisti doctissime Morsi.
Cuius rei testimonia indies luculenta præ-
bes, dum modo utiles, modo iucundos, &
vel solā novitate gratos doctissimorum
virorum libellos, litteras & commenta-
tiones in lucem edis, quæ tenebris pressæ
nec autoribus gloriam, nec tibi gratiam,
nec lectoribus utilitatem aut oblecta-
tionem fænerare possunt. Nunc verò
dum Editionem paras Odarum & cete-
rorum poematum Simonis Simonidae,
gratulor communibus studiis, ad quæ ac-
cessio hæc facta est tuâ operâ & studio.
Ego hisce sequentibus versibus tibi hoc
tuum institutum gratulor & commendō.
Vale vir præstantissime & de bonis bene-
mereri

mereri perge. E Museo nostro, duod. Kalend. April. Anno M D C XIX.

Tuus

CASPARVS BARLÆVS

Professor Philosophiæ Lugduni Batavorum, & Proregens collegij Illustrissimorum Ordinum.

INUSITATI carminis novum vatem,
MORSI, reponis, & prioribus seclis
Natam poësin, gestibusq; Græcorum
Saltata metra barbitis Latinorum
Aptata præbes, Pindariq; delapsum
Ceu monte flumen Italum refers lingua.
At nunc poëta falsus esse cœpisti
Numerose FLACCE, docta dum tibi Sappho
Non æmulandum Pindari melos laudat,
Ruit ecce Simon axe vel sub Arctoo,
Numeris solutis lege, nec tamen ponto
Facti daturus insolentis exemplum.
Erepta laus est Gracia, nec Argivis
Iam sola gressu Musa vadit adverso.
Sequimur Latini, gloriaq; Graiorum

Libamus

Libamus aliquid. Omne quod venit seclus
Prioris umbra est, æmulumq; transacti.
Imitamur illud posteri, quod inventum
Prisci dedere. prima cura maiorum est,
Nostrum secunda. Tuque Apollinis mystes
Praclare MORSI, perge sacra doctorum,
Pressosque luci vindicare scriptores.
Gratu Prometheus non minus fuit factum,
Quod Solis ignem commodarit his terris,
Quæ qui creavit. Laudis est perennates
Res inventire, sed deditse maioris.

AD EVNDEM.

Quid obsoletas, Hellas, erigis cristas?
Aures Latine, corq; quid fodis Musæ
Lyrae, superba, laude? surgit en contra,
Opprobriumque vindicans it huc Romæ,
Non ille ab amne Tibridos, nec ex ullis,
Quas sol benigno lumine irrigat, terris,
Sed inde, quo Permessidos sacram lymphæ
Fastidiosi vix tui putent isti
Manasse guttam, à fonte Vistula longè,
Seque in theatrum celsus eruditorum
Fert ingenii fulvis SIMONIDES pennis,
Et

*Et voce Dircaum lacepsit impune
Cynum, stupendus orbis illius Phœnix.
O quanta, Morsi, corculum Camænarū,
Politioris arbiterque doctrinæ,
Et prome conde; quāta, quos amat Phœbus;
Debemus omnes anxie tuæ curæ,
Quæ profuturum posteris nihil terrâ
Si nit sepultum, sæculumq; defendit
Contra vetustatē, SIMONIDENq; ipsum,
Non illi ut impar, huic putetur ingratū?*

M A R T. R V A R V S.

Errores operarum.

Pag. 1. lin. 3. lege Iocelis p. 24. l. 8. honores; p.
25. l. 1. ode 111. l. 11. ode 111. p. 26. l. 3.
iubar l. 23. alites. p. 27. l. 1. Ode 111. l. 20.
meta. p. 31. l. 21. cura p. 33. l. 13. Tale p. 36.
l. 9. Pedem morantem l. 27. frangit p. 37. l.
10. decus, l. 26. orbi p. 41. l. 5. atque, p. 42. l. 8
lachrymis sanctissima p. 43. l. 24. instruimur,
p. 44. l. 2. anteferat. l. 28. Musarumꝝ p. 45.
l. 17. pelasgæ. l. 20. dabas l. 22. conterere, p.
47. l. 3. laborem, l. 12. etiam iungo p. 49. l. 11
beneficii p. 50. l. 1. es l. 20. nonnemo p. 51. l.
19. provt p. 53. l. 24. mutitationem p. 55. l. 9.
vestras, l. 25. solatia l. 27. studio p. 56. l. 1.
seclis, l. 4. versentur l. 15. sibiꝝ l. 24. nepos au-
diat p. 57. l. 1. sese p. 58. l. 3. Aspice ut ves-
tris in vultibus omnia figunt l. 14. virtutem
p. 59. l. 2. Pàrithous l. 14. communi l. 23. Die
p. 61. l. 9. mœ, l. 13. habiturum, l. 17. Ceckli-
niun, p. 63. l. 9. ingenio tuo p. 64. l. 8. qu' p.
73. l. 21. hominem p. 75. l. 25. concedebatur p.
76. l. 5. assuereret p. 79. l. 12. expeditat p. 83.
l. 10. disposuit p. 59. l. 18. petere p. 105. l. 18.
pellet p. 117. l. 20. deke In, &c.

ELOGIA
SIMONIS SIMO-
NIDÆ

CLARISSIMIS VIRIS
SCRIPTA.

IVSTVS LIPSIVS

Cent. v. *Miscell.* Epistol. LVII.

 Iteras tuas , & quod libro-
rum adiunctum fuit , nimis
libens legi. illas, ab humani-
tate & affectu mei, quem spirabant;
istos, ab eruditione varia, quam præ-
ferebant. Ego mi Simonide , vt de-
affectu dicam , pretium laborum
meorum censeo à talibus amari : id
est, doctis, bonis, quorum inter api-
ces tē pono. vt fama mihi non dixe-
rit (quam & hic habes) vnum illud
carmen tuum in Imagines Zamoschianæ
dicitæ approbet : quod, ita me Deus,
A erudi

*Epistolam p̄pet annū Cantuaria
Miscellanea Antwerpia 1607*

2

eruditum, antiquum, suave est, & numeros ac phrasim Catulli ac veterum illorum habet. Macte! spondeo tibi, paucos in Europa (& est ingens poetarum copia, ut apum) paucos, inquam, qui meo quidem sensu sic scribant.

MELETIVS PEGAS

Papa ac Patriarcha Alexandrinus, Constantinopolios Praeses,

EPISTOLA

AD

IAN. DOVZAM.

HOrum omnium testem atque participem voluit Deus Opt. Max. Georgium filium tuum, cuius nobis adventus consolationem attulit non vulgarem; est enim iuvenis generosæ indolis, nihiloqne à Patre te, viro & ingenio & eruditione per eleganti, degeneris; adde mores

3

mores candidos, progressusque in
literarum studio non contemnen-
dos: is secum attulerat literas Eru-
ditissimi hominis Simonis Simoni-
dis, quibus iuvenem commenda-
bat: erant hæ altera consolationis
mihi pars, &c.

IANVS DOVZA

NORDOVICI DOMINVS

In Epistola

AD

GEORGIVM FILIVM.

SCias magnam me levamenti
partem eius doloris, quem ex
frafris tui obitu maximum meher-
cule ac gravissimum conceperam,
ex literarum tuarum lectione conse-
quutum. in quibus illud longè ac-
ceptissimum de Interpretis illius
Polonici, natione Armenij, do-
ctrinâ ac virtutibus quod scribis.

A 2 Nescis,

4
Nescis, mi fili, quantâ cum animi
voluptate illam Epistolæ tuæ parti-
culam ruminaverim, vbi non modo
ranti viri faventiam vltro tibi obla-
tam gloriaris ac prædicas : verum
etiam incomparabilis viri SiMONIS
SiMONIDIS benevolentiaæ fores iam-
pridem tibi patefactas, aditum tibi
porro ad doctissimi illius ac disertissimi
interpretis amicitiam concinasse. Maecte ista industriaæ indo-
le ; Maecte tantorum virorum faven-
tiæ. quam quidem ego pluris æsti-
mo,

*Quam si me liquidus Fortunæ rivus
inauret.*

Et vero vtrumque meis literis auda-
cter compellaturus fueram, si per
negotia Res. licuisset, ac gratias
vtriusque nostrum nomine acturus.
Merito vtique ac lubens. Nunc
cessator esse cogor, ac commodio-
ri temporis hoc scribendi officium
reservare. præsertim ad SiMONEM
SiMONIDEM, quem virum ego
iam-

iam pridem exscriptis editis AEliopæa - N
 ne puta, atque odis pindaricis, tum a p.
 Iōēlis Paraphrasi illâ Poeticâ multo qua- sq.
 sitissimâ, procul dissitus licet, & ve-
 neratus sum & admiratus. O exi- }
 mium illum & mei stomachivatem! }
 vtrique proinde me tua operâ de
 meliore nota commendari, simul
 apud illustrem Regis Polonici Le-
 gatum, Castellanum dico Halicen-
 sem, me insinuari, atque adeo in
 gratia poni curę habeas velim, &c.

GEORGIVS DOVZA

IN ITINERE SVO CONSTANTI-
 NOPOLITANO

Pag. XIV.

Hvic vrbi (de Leopoli loqui-
 tur) plurimum me debere fa-
 teor, quod h̄ic cum SIMONE S-
 MONIDE hospitium & amicitiam
 contrahere licuerit: qui vir quanto
 Orchestræ plausu Parhassi calleū in-

stiterit, è scriptis eius editis AEliopæ-
ne videlicet, & Casto Iosepho, tum Ioe-
lis illâ Paraphrasi satis superque con-
stare arbitror.

THOMAS SEGHETVS
AD
Virum Amplissimum
GEORGIVM MICHAELEM
LINGELSHEMIVM

Serenissimi Electoris Palatini
Consiliarium,

*Cum ipsi inscriberet duas SIMONIDIS
odas priores.*

D Vas hafce odas V. A. præstan-
tissimo & amplissimo viro
HENRICO WOTTONIO, Britan-
niæ Regis ad Venetos legato, com-
municavit summus vir PAVLVS VE-
NETVS SERVITA: amplissimus WOT-
TONIVS mihi. Eas, numquam (quod
sciam)

7

sciam) editas, quod sapere supra
hoc sæculum viderentur (adeò qui-
dem vt cum Pindaricis contendere
audeam, affirmareque nihil umquam
latinè in hoc genere par visum) pub-
lici iuris visum est facere; ne mala
aliqua manus in servitutem vindica-
ret, & vt viri aliàs quoque celebris
memoria conservaretur. Volui au-
tem in tuo nomine apparere, vt gra-
ti mei in illum animi significatio ali-
qua extaret, cuius in me benigni tot
exstant monumenta. De alieno li-
beralis fui, quod frivola mea excu-
tienti nihil te dignum occurrit. Non
es autem rogandus vt comiter sus-
cipias, qui primùm visis adeo ca-
ptus es vt vltro exemplum posceres,
Tantum vero abest vt gratiam ipse
conciliatum apud te eam præstan-
tissimis versibus, vt contrà mihi ab
ijsdem auctum iri putem. Tibi de-
bebit nostra ætas quod antiquis pa-
ria legit; SIMONIDA quod antiqui-
tati non invidet. Vale V. A. &

A 4 per-

persuade tibi, meritissimo tuo, omnia tibi in me licere. Hanoviæ iv
Eid. Ian. c^{lo} l^oc^{viii}.

SIMONIS SIMONIDÆ

Odæ duæ.

THOMÆ ZAMOSCHIO

ΙΩANNIS FILIO,

O D E. I.

S T R O. I.

HOMA, tu quidem nunc
Fesceris ævi lenibus auris,
Matris unicus lepor,
Mentem novellam busibus
Lactans, neque dum sciens
Marores curamq; severam,
Ætatis ignorantis latus satis.
Tuus interea sator in-

-victum

ODE I.

victum sponte offerre periclis
Pectus audet, sanguineam procellam
Bell'i arcens patria à sua.

ANTISTRO. I.

Aurea unde terras
Pax tegat, illi gloria surgat
Ad plagam volans poli.
Consueces iam nunc acribus
Aurem domitare di-
ctis, & te tanto genitore
Dignū incipe gerere. non Deorū tu audiās
Soboles mēlius patre præ hoc,
Nes virtutum excelsius olim
Culmen ascendas, neque latiorem
Fortunæ invenias sīrum.

EPOD. I.

Quamvis avorum non tibi origines
Cum ipso nomine conditæ Polono
Desint, vetustatis propage ab ultima.
Sed genitor tuus
Luce tanta se tulit ante cunctos,
Præstinxe lumina omnium ut
Credatur, primusq; dedit se
Exordium stirpi inclita,
Mortalium sortem exuperans, propior

10 SIMONIDA

Diis, superum ingenia amulus.
Age, fili, non tu speculum te ad
Splendidius potes exigere, (rentis.
Qua facta attentus servans recolensq; pa-
Ast pulcherrima rerum,

STRO. II.

Fama que modo astris
AEquat, opaca nocte teguntur
Mox, iacent q; proruta,
Ni oblivionis invide
Nubem memor auferat
Musa. huius si me quoque suasit
Arcum vocalem Parca verax tangere:
Alacer tibi ego ambrosiam hanc
Defundam non paupere dextra.
Plenior tu olim & vi animisque maior,
Splendores releges tuos.

ANTIS. II.

Limpidum per orbem
Celi oculum si mittere tentem,
Sole pulchrius nihil
Venabor in sudo die.
Regum neque glorias
Inter, quicquam laude Bathore-
-a maius emicat meam circa chelyn.
Columen

ODE I.

II

Columen fuit ille & apex
 Summus rerum, quo auspice virtus
 Arduum cælo caput efferebat,
 Florebant cata pectora,

EPOD. II.

Iabant feroceſ vulneribus viri,
 Placebant que ſibi hostium cruento.
 Tuus ſed omnes inter exſtabat pater,
 Dans radios procul:
 Qualis ornus eminet inter ima
 Dumeta. eum ſibi vnicum
 Rex florem decerpferat, ex quo
 Suos honores necleret.
 Nec falsus illo præſidio viguit.
 Seu fera munera militi-
 -a, ſeu pax iucunda vocabat,
 Ille acies quatere armifono
 Horrore, ille animos legū frænare lupatis,
 Blandus, ferreus idem.

STRO. III.

Nomen ad tam amicum
 Regis humum prona venerare
 Fronte. origo maxima
 Vestri ex eo fluxit boni.
 Vesta is decora omnia

In

S I M . S I M O N I D E

*In lucem produxit apertam.
Ignotus auri lateat incassum niter,
Manus artificis nisi sol-
lers, ereptum carcere cæco,
Divitum mensis, superumq; templis,
Grato munere dedicet.*

A N T I S T . III.

*Viveres saluta-
re ô iubar, ô divine Bathoreū;
Non Polonia hostium
Ludus foret, non Dacia
Quondam tua sat potens,
Nunc fortuna, (cheu!) pila, supre-
mis fluctuaret pressa tempestatibus.
Spoliata suo veluti
Navis rectore, æquoris omnes
Fert minas, nudum latus his modo illis
Ægrè saucia cautibus.*

E P O D . III.

*Spiris modo illam immanibus occupat
Draco ingens, avidè sacrum cruentum
Pastus tuum, & funesta ricta latè hians.
Nec satis impete
Se dedit nostra ad ferus usque regna,
Gentesque vicinas ruit.*

Haud

ODE I.

13

Haud impune, haud linquet invultam
 Pestem hanc manus Zamoscia,
 Hic hic mihi te, ô die puer, memorem
 Da, quibus ad mala tanta vi-
 -is ventum; ut lapsus similem post
 Cautior effugias, neque tu- (puli ictum)
 -am etatem temere affligas tanti ad sco-
 Mærens vulneris oram

STRO. IV.

Istius retracto.
 Nam macula hæc infestat amicos,
Quando desinebat in
 Terris diurnare ille Rex,
 Dacis iuvenem suis
 Rectorem linquebat, ut & vire
 Positus tamen sub optimis tutoribus
 Ageret, melior quoad æ-
 -tas maturis surgeret annis.
Quandiuq; istis stetit institutis,
 Pulchre Dacica res stetit.

ANTIS. IV.

Sed reiecta postquam
 Imperia, excussumq; senile
 Est iugum, & licentia
 Permissa percussoribus

Ferris.

14 S I M. S I M O N I D A E

Ferri : subito in bonos
 Custodes deserviit ensis. (malis)
 Hæc porta (pro nefas !) data est tetricis
 Velut aggeribus maria
 Ruptis , terras impete pleno
 Occupant , lætosque boum labores
 Vastis gurgitibus ferunt.

E P O D. IV.

O quisquis istis consiliis modum
 Præcinis , nimis ab nimis cruentum ,
 Non sentis in tuum recasura hæc caput ?
 Iustitia vigil
 Cuncta figit longè oculus , suisq;
 Apprendit ansis noxios .
 Dum sanctis deflectere queris
 Fluxam iuventam moribus ,
 Exoticis dumq; atteris opprobriis ,
 Forte tibi ut pateat via
 Languentis vitam per inertem
 Tutior , ad saturandum animum
 Seu dulcedine præda , sceptri sive rapina .
 Idem vulnificus te

S T R O. V.

Ensis abstulit . te-
 sum cecidit lectissimus una

Flos

Flos virūm, patres boni,
 Fulmenta Dacie ultima,
 Hausti exitio aspero.
 Nam quis tum non credidit omnes
 Nervos ruentis amputatos Dacie?
 Iterumq; iterumq; tuam
 Appello blanda venia aurem,
 O mei regis genus, ô Bathoreu.
 Vt cunque impia funera

ANTIS. V.

Excitata sunt abs
 Te, tamen immunem fuerat par
 Credis atque sanguinis
 Servare fraterni manum.
 Hoc fonte tibi malo-
 -rum venere examina dira,
 Facemq; Tisiphone adfuit quassans nigra;
 Tua quæ furiis premeret
 Fata infestis, stare loco nec
 Aut pati tutam sineret quietem.
 Nam quisquis relegat tuæ

E P O D. V.

Vitæ tot Euripos, tot inania
 Momenta, exiliisque cursum iniqui,
 Rerumq; cæptarum refluxus irritos;
 Dispiciat

Dispiciat liquido flagelli ultoris eam esse labem.
 Tu Marte quamvis ferreo
 Par primis victoribus ires,
 Regumq; te alta affinitas
 Bearet, istis praesidiis tamen ad
 Exitia usus es ultima,
 Pene ad vano insomnia felix.
 Nunc tibi vix misera superest
 Libera sola fugae latebra, obscuraque recessus.
 Dii recto pede fortu-

STRO. VI.

-nam tuam reponant,
 Et placidi tandem aspiciant te.
 Nec tibi o sacrum caput
 O debite altioribus
 Orfis iuvenis, suo
 Quem Roma insignem colit ostro,
 Tractare clavum Dacia ingratis datum.
 Lacrimis oneror memorans,
 Quam te indigna morte peremptum
 Praedo periurus rapide involavit.
 Quod monstrum prius execrer?

ANTIS. VI.

An dolos quibus te

Perculit

Perculit impurus veterator,
 Prodiditque victimam
 Innoxiam immiti lupo?
 An Punica iussa pel-
 -lacis, nexus regna vorantis
 Vicinia? an tuis perissi animis volens?
 Potiora minoribus au-
 -sus mutare, & quæ nihil ad te
 Attinent, aris melior sacerdos,
 Quam regum solii capax.

E P O D . VI.

Portum senectæ sit mihi tangere
 Illæsa rate, naufragam iuventam
 Turbo protervus vexat insano mari.
 Nec sapere advenit,
 Post nisi exhaustis varia procella.
 Ille optimos cursus tulit,
 AEtatis per Lubrica qui se
 Duci manu admisit senum,
 Modumq; fidis consiliis tenuit.
 Die puer, (tibi nam labor
 Hic sumptus) te mens mea querit.
 Te licet & genus & genitor, (suprema)
 Et gaza, & decorent rerum incrementa
 Nec felicior olim

18 SIMONIDE
STRO. VII.

Te sit unico alter :
Poscere nil præstantius a Diis
Hanc tamen potes vicem.
Mortalium ut germen sumus,
Cunctis subeunda lex
Fati, serò ut patre carendum
Contingat hoc tibi, nec viros inter nisi
Positum senii ipse satur
Linquat, tuto & collocet ævo.
Iam tibi letis spoliis onustus
Ultus perfida nomina

ANTIS. VII.

Advenit, tibi ista
Præmia, mansuros tibi honores
Congerens. viden' virum
Quantus præit famæ sonor !
Visas acies fugax,
Ille olim atrox non tulit hostis,
Alienaq; affectans, suis ægrè excidit.
Avidam cohibere sitim,
Et mensuram noscere habendi, (umbras
Magno opus dignum Hercule. sæpe dum
Maiores inhiat procax

EPOD.

ODE I.

19

EPOD. VII.

Fames, dolosis ingemuit cibis,
 Et mala crepuit patens inani.
 Sed tecta coniugemq; caram prorsus ut
 Nullo adit ambitu?
 Ut Deum supplex veneratur aras?
 Accepta dona illi ferens,
 Incertum mansuetior an for-
 -tior. Secundent perpetim
 Quicunq; Divi te sibi conciliant.
 O iubar, o columen meum,
 O lux sola, invicte Samosci
 Te te ego sape bona cumulans
 Affabor laude, & natis Helicone corollis
 Cingam tempora amica.

GEORGIO ZAMOSCIO

EPISCOPO CHELMENSIS

ODE II.

STRO. I.

AGe grex sacer, mystæ inclyti,
 Quorum muneris est, Dei
 Aurem carmine blando

B 2

Mul-

Mulcere, & æternam domum
Enthea insonare voce:
Adeste, atque fidis meæ
Servate nunc lenem modum,
Dum novus ingreditur sacerdos
Templa hec sacrum ut gestet tiara decus,
Arisq; eam presit per oram.

ANTIS. I.

Amore nam pectus meum
Fixit gente Samoscia
Cretus, cui ego totum
Me debo admissus cliens.
Solis igneos nitores
Non est nubibus invidis
Extinguere, nec olim aurea
Musa, suis meditata in antris,
Quicquid venustum protulit in dicere,
Spernit vel hæc vel altera et ab.

EPOD. I.

Laude virtus se æstimat, & beatos
Ponit inter, hoc breve
Damnum ævi inde rependens,
Si qui interim vir prodiit
Gestans honores conspicuos lyrae,
Paucissimum quale est genus,

VI poema

O D E II.

21

*Ut pondus huius nominis impleat,
O dix quam tamen edibus
Raris amicè admittitur,
Omnes dum abuti illum expetunt,
Gratis algeat ut tamen*

S T R O. I I.

*Contemptibus frustra improbis
Attritus. mihi pestis hac
Non illuxerit vñquam,
Samosciam ingresso domum:
Quæ modo vnicus patet por-
tus virtutibus (heu nefas !)
Passis repulsam sordidam.
Sub numerum haut veniant arenae
Quæ latè apricis littoribus iacent;
Nec quot viros laude eminentes*

A N T I S. II,

*Summa educat Samoscianus
Splendor sit facile exequi.
Hac Mavortia corda
Producta venere ex manu.
Artibus quoque imperandis
Instructissima nomina.
Hinc & senati fulgurant
Culmina, consiliis adultæ*

B 3

Patres:

*Patres: sacrorum hinc alma seges virum,
Antistites templis verendi.*

E P O D. I I.

*Vestra nunc pars emicat ô meam cui
Latus adfero chelyn,
Felix sorte Georgi :
De gente quamlibet tua
Non primus istam tu teris orbitam.
Prævixit hoc vestigium
Vel nuper, exactam Gomolinius
Insiens pietatis at-
que sanctimonie viam.
Vel ante cascis sœulis,
Sanguis vester ut evolat*

S T R O. I I I.

*Procul vetusta origine.
Multi consimilem gradum
Insignes tenuere.
Sed ista maiestas sacri
Liminis, lacunar atq; hoc,
Castum qua inferimus pedem,
Vellit mihi aurem & submonet,
Quandoquidem pietas Samosci
Divi hisce THOMÆ nomen honoribus
Mactum esse iussit, & sacravit*

A N T I S.

ODE II.

23

ANTIS. III.

Splendoris admirandi opus :
 Thomæ præsulis ut meo
 Surgat gloria cantu.
 Qui sanguinis vestri fuit
 Germen , usq; tamen remoto
 AEvo, quando Poloniæ
 Pars Slesia Bresla crevit
 Teutonicas modo que inter urbes
 Avulsa nostris stat regionibus
 Adiuncta, tum superbiit pa-

EPOD. III.

-store tanto. nunc etiam revolvit
 Famam honore candido ,
 Et charta celebri ornat .
 Fuisse nobilem artium ,
 Fuisse fluxos frangere qui asperis
 Mores lupatis arduis
 Calleret , indignantia odia immemor ,
 Virtutem acer ad unicam ,
 Ire obviam raptoribus
 Acer lupis , nec ultimam
 AErumnam impiger aggredi ,

STRO. IV.

Vel usque carcerem ad teturum.

B 4

Tantum

Tantum excesserat impius
 Hostis tristibus iris,
 Ut raptum ab aris optimum
 Traderet senem in catenas,
 Fœdisque acciporet modis.
 Per arduum callem viæ
 Tendere ad emeritos honores
 Samoscium est. exercita post tamen
 Fortuna per verum laborem.

ANTIS. IV.

Fixo manet constans pede.
 Quondam hac forte atavi vident
 Provecti, neque fatum
 Mutavit in nepotibus.
 Non nihil beatius te
 Auxit, muneribus datis,
 Sudore partis (Gratia
 Non fugiunt animum tuum, nec
 Sumes superbus quæ tibi fas vetat.)
 Sudore partis eius, in quem

EPOD. IV.

Tota nunc moles patriæ recumbit,
 Publicæq; onus rei.
 Durus tu tamen urge,
 Et te exige ultro ad aspera.

Inflame

Iustum & laborem præmia post cape;
Ne te extulisse vel pudor
Obrepat illi qui sibi debita
In te munera contulit;
Fortuna vel mutet fidem;
Quam continere a quo gradus
Olim grandius est opus.

THOMÆ ZAMOSCIO

CAPITANEO KNISINENSE

ODE III

STROP. I.

Musa, veritatis arvum
Recto sulco findere par est;
Præcipue iuvenilem apud aurem,
Quam blandiens susurrus è mentis statu,
Perniciem trahit in pudendam,
Amore sauciam sui,
Fallacibus praconiis inescatam.
Tu committere noli,
Mendaciorum ut nos temere arguat
Vila et as, speculo que velut in nitido
Olim reddit conspicuas facies

B s

Di-

Dictorum inepte aut naviter.

ANTIS. I.

*Solis at inbar, per amplum
Æquor cœli, lampade aperta,
Flammivomum radium iaculantis,
Rectis oculus obtutibus non suscipit,
Ignibus ex nimis tenebras
Et cæcitatem quin trahat.*

*Imaginum quod levitas, vel undarum
Splendor temperat aperte,
Benigniorem visibus exhibens
Vim flamae, & reprimens oppositis veluti
Lentis umbris, aspicere ut liceat
Solis facem pulcherrimam.*

EPOD. I.

*Tu quoque, o vita inbar, o supremum
Sidus, inclita veritas,
Blandius insinuas capacem
Aurem tui, velo super
Condita, dulcē agitans intus amaritatem.
Qui tuos vultus ferat irretorto
Lumine, hunc fabor superare longè
Promas fulminis alites.
Vitabo ego procacem,
Odii creatricem, insolentiam linguae,*

Quum.

Quum me cupido flexanima impulit
 Affari unicum aluminum, (latie
 Tentantem primam pennam proferre vo-
 Insolito, & inde erumpere carceribus

STRO. II.

Gestientem aperta vitæ
 In spacia, ingentesque recessus.
 Magnanimi soboles genitoris,
 Qui portam Olympi contigit virtutibus
 Intrepidis, patriæ parentis
 Nomen potitus arduum,
 Te Thoma, te fili optime, optimo voto
 Fidus prosequar augur;
 Vestigium si ponere in orbitam
 Contendas patriam, culminaq; illius ap-
 -prendas laudum; non labor Herculeas
 Ultra columnas tendere

ANTIS. II.

Sit tibi suprema meta.
 Hæc utinam constitibus olim
 Rite tuis se prebeat æquam.
 Nec vana spes nos fascinat, pulchris super
 Principiis, quibus indolem sci-
 -te perpolivisti tuam.
 Fundamine hoc iacto, nihil caducum, ni-
 -hil

28 SIMONIDA

hil structurum humili orsu,
 Quin editurum splendida nominis
 Sacrarum & virtutum decora omnigena.
 Quum nec parte ista tibi provida mens
 Cari parentis defuit.

EPOD. II.

Qui licet fatis raperetur, & te
 Orbitatis in aspero
 Linqueret, ancipiū lapsu:
 AEtatulam tamen tuam,
 Et studiis, & rectoribus applicuit
 Sedula cura tibi comparatis,
 Qui manum fidā ad genus omne splendo-
 rum nossent tibi porgere.
 Nec tu sequax bonis tu-
 -is defuisti; quin labore perstante
 Ad templa doctrinæ ardua vectus es;
 Culturamq; iuventæ
 Musarū in gremio posuisti; strenuus idem
 Fingere te duri Martis ad arbitrium.

STRO. III.

Quod satu venit benigno
 Naturæ, aut divinitus haustum est,
 Hoc regnat, longeq; relinquit
 Artes minores anxia solertia.

Sed

ODE III.

29

Sed neque vitigenus latex, nec
 Fæcunda frugibus sola,
 Sine adiuvante germinant ope externa.
 Sic coniurat amice
 Manusq; nostræ debita navitas,
 Nativog; ortu copia luxurians,
 Connexa ut vinclo vigeant gemino
 Humana cum cœlestibus.

ANTIST. III.

Herculis nec alta virtus
 Ex Iove quamvis creta parente
 AEtherea se ab origine iactat,
 Citra magistri se extulit peritiam:
 Quin ferula puer ille pressans
 Subduxit usq; dexteram:
 Linumq; doctorem modestius expavit
 Formantem arte severa
 Os, atq; sensus pectoris igneos,
 Et modo frangentem fræno animu[m] rigido,
 Lora interdum liberiora habili
 Dantem lupato: quo ferox

EPOD. III.

Suesceret iussus domitari amicis,
 Seque blandior orbitam
 Mittere cogeret in patentem.

Simul

Simul nec Eumolpi manus
 Nec moduli citharae, nec lyra grandisona
 Defuit, motus solita impotentes
 Sistere, & mentem reparare amænam.
 Cessavit neque roboris
 Cura interim, nec acre
 Mavortis imperterriti rudimentum.
 Fallente longe certus arundine,
 Quodq[ue] excelleret arcu (artus
 Latifero, Eurito didicit monstrante; quod
 Intrepidos luctæ, cæstibus & latera

STRO. IV.

Expedita non negaret,
 Torvo ex Harpalice impiger hausit;
 Indomitos agitare iugales
 Amphitruonis patrius docuit amor.
 Nec puduit residem senectam
 Nati iuventæ impendere;
 Dudumq[ue] lento sordidos situm currus
 Prompto extergere ludo.
 Quis nescit armis Castora maximum?
 Sive hostem ferro sternere, sive dolo,
 Seu structas exponere campo acies,
 Seu tuta castra condere,

ANTI.

ODE II.

31

ANTIST. IV.

Aut vafram fugam aucupari
Militiae anceps posceret usus.
Idem eques, idem comminus hasta
Ire bonus radiante vultu,
Ensemq; fulminare mistis stragibus,
Ictusq; scuto fallere.
Tunc sors iniqua patrio solo extorrem,
Opportuna sed armis
Alcidæ, ab Apo vexerat inclita;
Ut præsto esset, qui talia munia con-
-ferret divinum in iuvenem, & teneram
Duraret asper indolem.

EPOD. IV.

Qualis herboſo riguæ refectus
Ripæ margine flos nitet,
Quem radio recreat benigno
Sol almus, & rore educat,
Aurisq; aspirant egelidis Zephyri,
Curæ nec deest sollicitæ puellæ
In dies cultricem operam afferentis.
Sic per congrua splendidae
Ætatis incitamen-
-ta invictus olim Heros migrabat ad fru-
Matura sed cum flore genam novo

Puber-

(gem.

Pubertas redimibat, (hiberis
 Ardua nec poterat patrio lare mens co-
 Versabatq; animum præcipiti stimulo

S T R O. V.

Gloriae recens cupidus;
 Tunc sonipes veluti satis alta
 Ad præsepio passus herile
 Imperium, strigilimque acutam,
 Duellicæ si se tubæ raucus sonor
 Latè extulit, iam nec pede
 Constare tranquillo, nec aure non mota,
 Nec vinclis retineri
 Quic amplius; quin pulsat identidem
 Auras hinnitu clarisono, & properos
 Spernit custodes, lacera implacidus
 Repagula extra provolans.

A N T I S. V.

Sic domo gradum efferebat
 Alcida ardor, mox tenero vnguis
 Obvia monstra avidus domitare,
 Latum animo immodico capessens
 Orbem, pavoris tum senex Linus, simul-
 -que plenus excelsæ spei,
 Suspensa volvens gaudia anxiæ corde,
 Sic affatus aluminum

Ser-

Sermone fertur candidus aureo.

Fili, dum patrio limine te acceleras

Efferre, & vita æquor in ambiguum

Insueta tendis linteas;

E P O D . V.

Accipe hæc nostri monumenta amoris.
 Limen hoc, pede quod teris,
 Quodq[ue] relinquere gestis, omnem
 Ad vitam habet primarium.
 Momentum; qualem te facie aspicien-
 dum dabis prima, reliquos in annos,
 Tali te ævi iudicium sequetur.
 Pulchrum splendida frons opus.
 Insignit, atq[ue] honorem.
 Diffundit in totius adyta structuræ.
 Proinde partes verte oculum vigil
 In cunctas, tibiq[ue] instes. Cptam,
 Attentus censor, ne quid leve, ne quid in-
 Ne quid committas ludibrio expositum.

S T R O . VI.

Quum latius tuum tegebat
 Nostra cibors, nunquam monitoris
 Fidi cauta voce carebas.
 Nunc mare velivolum petit tu-
 a navis, excipienda tempestatibus,

C

Et tur-

*Et turbinum vasto agmine, illuc,
Trahetq; te discors modo huc, modo aura
Fallentq; ipsa gubernat.*

*Nec saxa deērunt perfida, nec latens
Sub cæco scopulus marmore, littoraq;
Fraudem intendent obvia; sape etiam
Tranquillitas blanda obruet.*

ANTIS. VI.

*At tibi cavenda nulla
Tantopere est rapidissima Syrtis,
Nullæ navifrago ore Charybdes,
Quantum animi malesana labes,
Procax voluptas. hæc veneno te suo
Si læserit ; non amplius
Vllam salutis spem potes tibi optare :
Quin inglorius ævum
Turpe supinus desidia inquines,
Vivasq; obscœnum mancipium , neq; te
Vel nomen, vel per celebres tituli
Exemerint opprobrio,*

EPOD. VI.

*Ne pudor prostes, populiq; sanma.
Huic propinquior altera
Nec levior studiis nocendz
Vitanda erit pestis tibi,*

Blandus

Blandus adulator, nomine amicitiae
 Splendidum fallens, scelerum magister
 Unicus, fraudum calidus repertor:
 Quem sanctissima veritas
 Solum disertim abhorret,
 Virtusq[ue] torvo spernit execrans vultu,
 Et fida amicum turba fugit procul.
 At dispendia rerum,
 Labentesq[ue] domos, fortunarumq[ue] ruine,
 Sumptusque immodici, prauaq[ue] luxuries,

STRO. VII.

Poneque imminens egestas,
 Non dubio passu comitantur.
 Nec te decipiatur nimium tu-
 -i preciam; licet examissim
 Industria felicibus praestes bonis,
 Nostraque cura creveris (quibus,
 Tam pulchre, ut anteire te haud queat
 Seu fandi expesat usum,
 Seu expeditam res sapientiam.
 Nec simulacra istae militie genita
 Inter lusus, & studia artificum,
 In angulo atque umbra domus,

ANTIST. VI.

Spiritus tibi superbos

Suppeditent; ut protinus audax
 Mittas te in temeraria damna.
 Multa prius capias oportes
 Ipsa ex arena, multa discas admovens
 Manum, & scientes consulas,
 Credasque demum te peritiæ expertæ;
 Fessinansq; retentes
 Pedemque morantem; nec simul omnia
 Conieris; neque vota aspera præcipites;
 Nec rumorum frigida nomina se-
 -teris, salute præ rata.

EPOD. VII.

Qui sibi dux esse viæ irreprehensus
 Posit, hunc ego Diis parem,
 Nec genere ex hominum putabo.
 Mortalium sors mutuo
 Alternaque viciis nititur auxilio.
 Ille ter felix, meliore qui se
 Parte tutatur, neque vana vulgi
 Ad consortia convolat:
 In putridum neque incli-
 -nat parietem, lapsu obruendus alieno.
 Ducem leonem damæ etiam timi-
 -di acri ardore sequuntur.
 Futilis at ductor vastorum corda leonum
 Fraguit

ODE III.

37

Prangit, & infædum deiicit exitium.

STRO. VIII.

Tu viris ubique adhære
Fortibus, exemplumque modumque
Ex illorum laude capesse,
Et sequere impete pertinaci.
Laboribus, periculisque strenua
Virtus emi desiderat,
Nec gloriae impertit decus, nisi exhausta
Post certamina mille,
Omnemque mollis respuit otii
Languorem, semper conspicua egregio
Sudore, instans semper ubique sibi,
Nec larga somni, non cibi.

ANTIS. VIII.

Vulnerum neque abstinens: quin
Ipsam gaudens spernere mortem.
Iam mihi lēto in pectore gestit
Mens avida, & cytharæ loquaces
Chordas retractat, laudibus sese tuis
Olim sonoram comparans.
Iam te tuor pulcherrimo crux auctam,
Monstrorum domitorem,
Pacem ferentem, atque aurea secula
Orbe pacato; iam facies scelerum

C 3

Dire

38. SIMONIDA

Dire abstinent; iam mala diffugium
Discordiarum turbina.

E P Q D. VIII.

O mihi tantum senii supersint
Non brevissima stamina;
Ut satiare oculos tuorum
Satiare factorum queam.
Tum me nec turbet funeris atra dies,
Dulce nec solis iubar hoc moretur,
Latus ad metas veniam sepulchri,
Famaq; hi dñiti tuae,
Voxque immori hand recusa-
bit. Hec profatus Linus ore cygneo,
Manante largo sollicita gena
Fletu, non sine mistis (alumnum,
Letitiae auguris, cupidum emittebat
Amplexuq; hæres multa etiam atq; etiam

STRO. IX.

Submonebat, & senilem
Anceps solabatur amorem.
Nec mihi sit, iucunde Zamosci,
Deterior senii receptus,
Ut conquiescam olim in tuis virtutibus,
Fatique tangam terminos,
Laudum tuarū, atque inclytæ satur fame,
Sentis?

ODE III.

39

Sentis? quanta vocat te
 Procella rerum? quo tonitru ruat
 Horrida tempestas? non tibi sese aperit
 Prima frontis vestibulum facile;
 Sed ultimo discrimine

ANTIS. IX.

Patriæ involuta damna,
 Vim rigidam induere, atque salutem
 Duris suadent querere in armis.
 Concipe iamiam animo virilem
 Fidentiam; etatemque te supra exere.
 Periculum ingens negligit
 Evolvere annorum propagines longas.
 Hortatu obvia quæque
 Non differendo nomina corrucat.
 Nec parcit iuvenum pectoribus teneris,
 Nec fortunæ purpureas refugit
 Sedes, superbam vel domum.

EPOD. IX.

Nunc ferox iam te sonipes parata
 Sublimen accipit aureo
 Stare loco inscius, & lupatum
 Labro remordens. ast ego
 Cū cythara & votis te sequor, atq; viam
 Flore Musæo tibi sterno, soles

C 4

Can-

42. SIMONIDA

Candidos illos cupidus videre,
Qui te, tum mihi sospitem
Reddent, adorea auctum
Pulchra duelli, fortibus vigentem ausis.
O dii, Polonæ cura quibus rei
Permissa, o prohibete (ruinas,
Æternum opprobium, tristessq; arcete
Et pacem nostris reddite temporibus.

ILLVSTRI VIRO,
STANISLAO COMI-
TI DE TARNOWV, CA-
STELLANO SENDO-
MIRIENSI, BVSCEN-
SI CAPITANEO.

CASPAR SOLCIUS S.D.

SIMON SIMONIDES avunculus
meus, pro debita pietate, erga
Heram suam, Barbaram de Tarnovv,
& morti eius interfuit, & funus car-
mine prosequutus est. Id quoniam
nondum in manus hominum per-
venit, iniutiam fieri puto, immor-
talitate

talitate dignissimis virtutibus , & memoriæ tantæ Heroinæ. Est quidem Simonides , vel modestior, vel negligentior scriptorum suorum æstimator , atque, ut ita dicam , scit parere , nescit partum tollere. In hoc carmine ferre eius mores non potui ; & , vel illo invito, edendum duxi. Credo optimis iudicijs , elegantiam suam æternitati approbabit. Tibi verò Illustris Heros , illud offero; tibi enim præcipue debetur; qui talem filiam & produxeris , & amiseris; ut hinc, vel dolorem, si quis adhuc ex morte illius residet , abstergas; vel lætitiam , quam ex eius sanctissimis moribus semper percipisti , cumulatiorem referas. Bene vale Illustris Heros , & me inter clientes tuos repone.

M A N E S
 B A R B A R Æ
 D E T A R N O V V ,

A D

T H O M A M D E Z A M O -
 S C I O ,

F I L I V M V N I C V M .

N On lachrymis, neq; enim lachrymis, san-
 etissima vita
 Digna mea est, cineres excipe, nate,
 meos.

Neve tuum luetu crucia miserabile pectus.

Nam miserum causa non decet esse mea.

Ipsa ego iam cœli regionibus alta capesso

Otia, lœtitiisq; omnibus ingredior,

Diviniq; fovet piame iudgentia amoris,

Et niteo, qualis lucida stella nitet.

Hoc merui. meruit potius, qui totius orbis

Sive sator dici, sive redemptor amat.

Illum ego perpetuo, dum vixi, sedula honore

Percolui; cultu nunc fruor usque meo.

Ætereasq; domos habito, cœlestia regna,

Et potior vultu, luminibusq; Dei.

Qua

Quo nil limpidius, quo nil felicius usquam est.
 Mortales sensus quod procul exuperat.
 Nec sat mente potest, nec visibus usurpari,
 Tale avum lenis celo agitat pietas.
 Nec tu finge tibi quicquam lachrimabile de me,
 Nec tetricas curas, concipe corde tuo.
 Quin potius, studioꝝ pio, vultuꝝ sereno
 Prosequere, & fatis lingua animoꝝ fave.
 Atque mei similem factis te æqualibus opta,
 Consignasꝝ istas redde mibi exequias.
 Sed non plura tibi de me. Sat foemina laudi,
 Sat fame debet, si qua silere potest.
 Me pietas, me religio, me candida mentis
 Simplicitas, Divum me timor ingenuus
 Commendet, tibiꝝ exemplo proponat amico,
 Hac mihi te similem parte vigere aeo.
 Cætera de Genitoretuo, fortissima facta,
 Et vitæ illustrem percipies modulum.]
 Pæne mihi falli dicto evenit ; ante Parentem,
 Quod pietate mea me tibi proposui.
 Ille quasi inferior præ me langueret in illa,
 Dictum hoc est à me foemineo ingenio.
 Virtutum quoniam nobis angustior usus
 Constat ; vix una si satis instruimur,
 Hæc solū primā, hæc summā superare putamus.
 Quærimus hac aliis posse præire viam.
 Ut iactabundas etiam contingat haberi,
 Et velle insignes æquiparare viros.

Sed meliore viros ditarit copia cultu,
 Frustra illis sexus se minor anteferat.
 Nec tu tam nostris avidos, dulcissime fili,
 Quam desige oculos patris imaginibus.
 Ille tibi exemplar virtutum, ille unicus autor,
 Duxque sit eximus, normaque perpetua.
 Seu pietatis amor, caelo te asuescere mentem
 Viscerat, sola Patris prævia sit pietas.
 Non illo quisquam gravior, dum accedere Divos
 Iret, non ficta religione soleus.
 Factaque, lucentemque animum, tendebat Olympo.
 Innocuam sperans mente placere Deo,
 Plus, quam dictorum fucis, specieque reficta,
 Et vultu qui se venditat esse probam.
 Quanquam illum terræ non raro affligere corpus,
 Vidimus, & nudo sternere membra solo,
 Dum se humile querit summo posuisse Tonanti,
 Et servum se eius proiicit ante pedes.
 Nil memor illustres titulos, nil splendida gesta,
 Nil aurum, & vitæ somnia, divitias,
 Cuncta ferens accepta Deo, pronissimus illi,
 Illi aptus tuto corpore, tota anima.
 Quid referat sumptus, quos largè effudit honori
 Divino, grato peccare munificus.
 Testantur moles templorum, atque ardua tecta,
 Testantur templis addita tot decora,
 Totque sacerdotum lectissima complementa,
 Musarum domus divite dote satæ.

Et mibi

Ut mibi non nullas veniat pudor; omnia cælo
 Dum videam nostri facta manere viri.
 Nec morte illius stingui; quin usque vigere,
 Usquenovis semper crescere gernuibus.
 Nostra autem, quamvis studio composta fidei,
 Quamvis non sumptus indiga, non operæ,
 Tantisper mansere, quoad mibi vita manebat.
 Mortuadum silui, consiluere simul.
 Præmia digna tamen, cælo gratante recepi,
 Fama non potui posthumia ferre bona.
 Nempe hoc feminæ non est opis; inclita rerum
 Victuro monumenta edere cum genio.
 Quare age, ne Patris exemplis, dulcissime fili,
 Usquam te amoveas, nec meliora petas.
 Imprimis pietatem eius, superumq; timorem
 Exequere, hinc eius cuncta reposce bona.
 Hinc illi pleno locuples opulentia cornu
 Manavit, rerumq; aurea prosperitas.
 Hinc animi, victrixq; manus, magniq; triumphi.
 Hinc splendor toto nominis orbe volans,
 Ut patriæ pater audiret, columnq; Senati,
 Ut fulmen belli, ut præsidium populi.
 Et Regum præfulciret nutantia sceptra,
 Corculum ut illorum deliciumq; foret.
 Non alio sese sapientia pectore fudit
 Vherius, non fors optima consiliis.
 Non studium rebus semper conforme iuvandis,
 Sive forent certæ, sive forent dubiae.

Vt Res

Ut Regni oraclum floreret, & anchora tutus,
 Cælo deveniunt tanta favente bona.
 Nunc etiam (sed fata vetant, arcana polorum
 Prodere) nunc etiam maximus inter eos,
 Heroum qui altis virtutibus enituere,
 Inter eos cælo maximus aspicitur,
 Divinæ fulgorem maiestatis adorans,
 Sidereæque augens agmina militie.
 Te quoque nunc spectari ab eo, curamque iuventæ
 Indulgere tue, sit tibi certa fides. (est,
 Et meminisse potes, sed enim meminisse necesse
 Quam conformando sedulus in pueris
 Te fuerat, non tam patris, quam penè magistri,
 Custodumque omnes exuperans operas.
 Non tecum lassare, aut balbutire pudebat,
 Non tenerum os primis fingere litterulis.
 Ast ubi iam vocis latiae, vocisque pelasgæ,
 Audebas primas promere primitias,
 O illi quantum solamen, gaudia quanta,
 Quanta voluptatis signa repente dabat.
 Tecum commemini plenæ letissimamensem
 Tempora, tecum vita otia conterere,
 Et tecum garrire aliquid, semperque monere,
 Aetate quod & hanc, quodque atiam instrueret.
 Tantum ille insignis Musis tribubat honorem,
 Post Divos illas præcipue ut coleret.
 Et solas commendaret, solasque vocaret
 Ornamenta sua, & delicias animi.

His solis eruisse, his enituisse magistris,
 Sæpè fatebatur, teque rogabat idem
 Sentire, atque illis iustum præbere laborem.
 Nec vitæ spatio ponere de manibus.
 Fac præcepta Patris memori sub corde recondas,
 Præceptis parere, hoc coluisse Patrem est.
 Et bene habet. celso quoties despectat Olympo,
 Doctorum inque choro te videt esse virūm.
 Grataturq; tibi, secumq; volutat opimas.
 Spes, spondens fore te mox sibi consunilem.
 Fallere non debes iustissima vota Parentis,
 Quæis materna etiam iungo ego vota mea.
 Namq; vale, æternumq; vale, dulcissime fili,
 Sisq; memor Matri, sis Patris atq; memor.

EPITA-

48
EPITAPHIVM.
BARBARA DE TARNOW

JOANNIS DE ZAMOSCIO RE-
GNI POLONIAE CANCEL-
LARII ET EXERCI-
TVVM SVPREMI
PRAEFECTI

CONIVNX.

IN CONIVGIO LENISSIMA
MODESTISSIMA
VIR ET SOBOLIS AMAN-
TISSIMA.

POST CONIVGV M AD SANCTI-
TATIS MIRACVL V RELI-
GOSISSIMA.

IN IP SO AETATIS ET FORMA
FLORE VIDVA CONSTAN-
TISSIMA.

AD VITAM AETERNAM CVIUS
ERAT CVPIDISSIMA
MIGRAVIT.

ANNO CHRISTI M. D. C. X.
XXVII. APRIL.

*Elo memor Matris Thoma dulcissime fili,
Sis similis Patri. Fortia facta cole.*

SIMON

SIMON · SIMONIDES
 THOMAE SEGHETO
 BRITANNO S. D.

SVavitatis tuæ aculeum mihi reliquisti , atque id moribus tuis ad omnem humanitatem natis. Libenter enim regustare soleo consuetudinem illam , quâ tecum Samoscij usus sum. Nam opera , quam in Musâ meâ illustranda posuisti , magni beneficij instar est , vt tibi dupli nominе obstrictissimus sim , & amicitiæ , & gratitudinis. Sed qui fit , mi Seghete , vt de te & à te nihil habeam? An tu ex nostris regionibus pedem extulisti? an alicubi in solo loco hæfisti! vbi , de nobis nihil audias , nihil requiras. Vbi vbi es , ego te tamen requiro & vestigo. Luculentius ad te scribam , quum didicero , quo loci te collocaveris. Nunc chartæ huius iacturam facio : etiam carminis , quod ad te mitto : siqui-

D

dem

dem genus hoc visus es amplecti.
Bene vale. Cernenani. Anno 1612.
Decemb. 10.

SIMON SIMONIDES
THOMAE SEGETHO BRI-
TANNO S. D.

Sero tuis respondeo : factum
hoc perpetuis occupationibus
meis , quibus hactenus distinebar;
tum itineribus , ex quibus nunc de-
mum hos aliquot dies respiro. Pro-
ieceram me in quasdam prensatio-
nes: atque, vt verius dicam, in pro-
curationem otij:nempe vt post tan-
tam iacturam ætatis , quam in aula
feceram, tandem aliquando mihi me
restituerem, & totum Musis me da-
rem. Itaque dum ex istis fenticetis
extricor, prensandus , adeundus, ex-
orandus fuit non nemo. Videor
non lusisse operam , & iamiam in
portu constitutum me existimo.

Quan-

Quanquam mihi ætas ingravescens
 iampridem incubuerit: sexagesimum
 enim annum prope attigimus: ta-
 men benignitate Deūm nec valeru-
 dine improspera vtimur, nec viribus
 vsquequaque deficimus: vigorem
 insuper animi eum sentimus, vt ~~ā-~~
~~μην~~ sive ingenij sive industriæ hanc
 mihi nunc dénum affulsiſſe facile
 intelligam, nec dum laboris aut stu-
 dij diminutiunculam ullam experi-
 mur, quia incredibili quodam ar-
 dore & temporis parsimoniam exer-
 cemus, & in libris propè perenna-
 mus. Laudatiunculā hanc mei ideo
 apud te effutio: primum quia in si-
nū amicissimi hominis: deinde vt
 gaudeas, quod ita vitæ meæ ratio-
 nes subducendas fategerim, pro vt
 tu me plenissima boni effectus epi-
 stola sive hortari, sive monere, sive
 exorare visus es. Laudibus tuis,
 quas in me ὄλω τῷ θυλάκῳ effundis,
 plane erubui & pressi conscientio-
 lam meam: immo vt ille in orche-

D 2

strā

Lyc his autos L ad /
 idem inde se p. dei grā
 i hoc postulat, dīpō

strâ fortis equus ; quanquam senio
confectus arrexi ὥρην & audeo
speraré , expectationi tuæ me satis-
facturum. Juvenilia mea quod eden-
da proposueris, obsequar amori tuo,
non iudicio meo : ego enim blattis
& tineis iampridem illa damnave-
ram. Tamen tamen , parendum tibi
est , & conquisita alicunde mitten-
tur ad te propediem: nam negligen-
tiam aut vilitatem hac in parte mei,
non est , quod apud te excusem. Is
sum plane qui scriptiunculas meas
nunquam tanti esse putaverim , vt
ævi oculos sustinere possent. Sed
ne nimium crudelis in me esse vi-
dear : quales quales isti libelli , vel
reiecti vel repudiati à me , quando
tu ita vis , in lucem , quam semel
aspexerant , iterum prodeant. Tu
vt tutelare numen illis sis, etiam at-
que etiam cogita: ego hic, vt ait ille,
post carecta latuero , tu in sole &
arenâ vapulabis. Verum enimvero,
si te studium hoc erga me & musas
meas

meas non deserit , te imposterum
scriptorum meorum vivus volens
Iunonem Lucinam dico, creo, nun-
cupo : per te & ex manu tua eant
dias in luminis oras , per te vitam
accipient, & si ita genius vel meus
vel tuus annuerit , vivant & ætatem
ferant. Non est, quod dubites , ne
te illorum copia non expleam ; ita
nunc totus lecturio & scripturio.
Interim humanitate & amicitiâ tuâ
mirificè conquiesco. Sed heus tu
Elegiam hanc vide: amabis illam, si-
quidem Iacobum Sobescium amas,
iuvarem spectatissimæ indolis , vir-
tutis , eruditionis , quæ bona tanto
in illo illustriora , quanto rariora in
summâ fortunâ. Ego insuper habeo,
quod ex illo gaudeam : alumnus est
disciplinæ meæ ; tam pulchre pro-
cessisse, serio triumpho. Bene vale,
brevi iterum meas expecta: ego iti-
dem tuas exspecto. Illustris Mare-
schalcus mutationem transmittendi
inter nos curabit , vir priscæ huma-

nitatis, atque erga bonas litteras benignissimus. Iterum vale. Hoc amplius. Clarissimo Vackero cupio me insinuari: fac amabo amici officium, & commendatiunculam mei ad hanc epistolam, quâ illius amicitiam ambio, adiunge. Cernenani. lunii 13. Anno 1613.

IACOBO SOBESCIO
MARCHI PALATINI LVBLI-
NENSIS F.

Reditus est patrijs tandem Sobescius oris,
Vnica magnanimi cura Samosciadæ.
Non, si illi fratrē germanū fata dedisset,
Tanta avidus reducē lœtitia exciperet,
Vt nunc vñanimi sospes gratatur amico,
Nec potis est presso gaudia ferre sinu,
Quin usq; iniectis amplexibus obvius hæret,
Atque ipsam gestit pandere pœnè animam,
Omniaq; effundit cumulati munera amoris,
O rarae magnum fædus amicitiae!
Scilicet hanc Musæ sanctis aluere sub antris,
Candor & à teneris nutrita vnguiculis.
Et paritas morum iusto provexit honore,
Et nullo lapsu contemerata fides.

Quin

Quin ipsi primævo ortu insevère parentes,
 Nam quantum Iano Marcus amatus erat,
 Quamq; fuit Marcus sincere obnoxius illi,
 i agina non isthæc dixerit ore brevi.
 O genus heroū, ô nostri duo numina seclī.
 Vos tamen heu nimium mors properat atulit.
 At soboles vestro de germine candida mansit,
 Candida, non vestris dis̄bita ab ingenij,
 Invictasq; simul virtutes æmula vestras,
 Et simul insignes æmula amicitias.
 Quantum sese illis hilarasset vestra senecta?
 Quanta oculis fluenter gaudia, quāta animo?
 Hæc vos lœta tamen claro usurpatis Olympo,
 Non claudit cæcis omniamors tenebris.
 Quin sole in puro, radijſq; perennibus orbem
 Hunc inum, vestras aspicitisq; domos,
 Gaudetisq; istos iuvenes vestigia vestra
 Imprimere, & nabis vivere pectoribus,
 Mutuaq; inter se consortia nectere vitæ.
 Fas mihi sit Musæ grata referre mea.
 O senium, ô mea tot spargentes tempora cani,
 Multa equidem vobis debeo, lucis amans.
 Quod mihi tā pulchros servasti iugiter annos,
 Nec mea dum tellus lumina pressa tegit.
 Ut liceat vivo salatia tanta potiri,
 Quanta ipsi optarent, qui genuere, patres.
 Et spes non vanas studio depascere opim,
 Et patriæ certis se recreare bonis.

Omnia nam cūm sūt mortalib[us] edita seclis.
 Dispereantq[ue] vrbes, dispereantq[ue] viri.
 Nec regum, nec regnorū stent libera fata,
 Cunctaq[ue] versantur continuo interitu.
 Hoc se naturae tamen exactissimus ordo
 Sarcit, & hinc rerum germina perpetuat,
Quod quæ deciduo tandem sunt fine perempta,
 Illis succrescunt mox alia atque alia,
 Et se substituunt quasi subducentibus umbris,
 Ego novo gaudent surgere seminio.
 Sic nova, sub ramis se subjicit arboris altæ,
 Fraxinus, inq[ue] locum matris opaca salit.
 Sic pereuntq[ue] greges ovium, crescuntq[ue] vicissim.
 Sic genitricem exest vypera nata suam.
 Vnde velut rapidis, sibiq[ue] incumbentibus vndis
 Perpetuo lapsu se in mare præcipitat.
 Sic genus humanum semper variante prohage,
 Alterum ab occasu pullulat alterius.
 Hoc plerunq[ue] tamen vity intercedit, vt ortus
 Inquiet egredios, deterior soboles,
 Degeneresq[ue] edat fætus immitior ætas,
 Semper & in peius labe fluente ruat.
 Herorum ut gnati noxae, pestesque notentur,
 Vulgatumq[ue] nepos, audiunt opprobrium.
 Illos felices nimium, nimiumq[ue] beatos,
 Illos divini germinis esse reor,
Qui potuere suis innoxia semina natis
 Insérere, & nulla linquere sorde domum.

Nobis

Nobilibusq; incrementis se se evexere,
 Qualia vix magnis se sociant opibus.
 Namq; opibus convasandis, atq; anxiè habēdis,
 Dum noctes, totos invigilantq; dies,
 Dum summa in nummis vitæ ornamēta reponūt,
 Hancq; vnam natis dant animam, atq; animū,
 Materiam fastus tumidi, luxusve pudendi,
 Et quæcumque pati prava libido solet;
 Sanctior interea virtus, & splendor honesti,
 Durior & morum regula deseritur.
 Hinc malè parta patrū labātur tēpore puncto,
 Hinc genus, & generis fama vacillat iners.
 O iuvenes, ne tanta animis assuecite damna,
 Non vestrum est tali impingere principio.
 Vos melior sanguis, vos inclita facta parētum,
 Splendida vos pulchri nominis aura levet.
 Hoc cultura animi pridem iuvenilibus annis
 Perfecta, hoc Musis præstata sanctè opera
 Suadet, & inducit magnis componere mentem
 Consilijs, nec se mittere velivolos,
 Nec vanas sectari umbras fervoris inepti,
 Vadere per durum sed rationis iter.
 Hoc spes omnigenæ, hoc patriæ iustissimi vota,
 Afflictæ patriæ heu anxia vota nimis,
 Iure suo, & proprius poscunt urgente periclo.
 Cernitis, ut nulla nubila parte vacant?
 Evolat & totam fluctus sorbere carinam?
 Nec remi, nec iam linteæ sufficiunt.

Auxilioq; viros longè labor ultimis omnes
 Advocat, & certo flagitat interitu:
 Aspice ut vestris in vultibus omnia figant
 Sese ora, & densi se agglomerant oculi?
 Faustisq; ominibus passim comitantur eentes,
 Et cœn clara poli sidera suscipiunt.
 Vos fore, qui patrum virtutibus equiparetis
 Nomina, quæis constet publica nixa salus.
 Reddere qui pacem patriæ, qui sancta sciatis
 Iura tenere hominum, iura tenere Deum,
 Nec sinere incur sare bonis, quando intonat iras
 Hostica sive manus, civica sive manus.
 Quare agite, & iam iam sudate ingentibus orsis,
 Gloria virtutum quærit, & almus honor.
 Tuq; Samosciada prior ardua cæpta viæi
 Ingredere, haut fallax alea iacta tibi est.
 Iam grave te Mavortis opus, iā te hostica castra,
 Iam te Turca ferox audijt, atque Getes,
 Et Scythica ingemuere tuis examina campis,
 Teque sagittarum texerat imber atrox.
 Nec fuga te eripuit: quamvis numerosior hostis
 Ingrueret, quamvis cuncta timenda forest.
 Quin hostem præterlapsum fuga sustulit amens.
 Incipe te patrijs exerere auspicijs,
 Et te victorem semper florere labora.
 Fortuna audentes gnava iuvare solet.
 In partes veniet Sobescius, æmula virtus,
 Et geminos fratres promovet, & socios.

Castora sic Pollux, sic fortis Theseus texit
Pyritheous, manus sic manus apta subit,
Sic pede fulcitur pes constantissimus aequo,
Omniaq; alternâ sufficiuntur ope.
Audiet hæc longè Zolkienvi filius; illum
Nunc fodet arguto Musa venusta sinu,
Ambrosiosq; intus rores, & mella reposta,
Et suadet iudulget flexanum laticem.
Una inconcessi momentum roboris addens,
Ut gerat exacto congruacorda viro,
AEtatem antevolans, ipsis maturior annis,
O quanto te olim fata beant comite!
Quantum ille in patrijs lumen spectabitur oris:
Communis impendet commoda quanta bono,
Qualis longinquis ratis ausa accedere terras,
Vastas trans Syrtes, vastaq; transmaria,
Mercibus Assyrijs opulens, aut Perside gaza,
Sistere se gaudet portubus in patrijs,
Regificasq; effundit opes; manus omnis ad illam
Convolut, illam omnes accipiunt reducem,
Occursuq; procul, leto & clamore salutant,
Et sibi quisq; optant munificam affluere.
Die Samosciada, ne tu clarissima Divum
Dona, quibus vestrum condecorant genium
Ignorare velis; fuerunt quæ maxima semper,
Nec maiora v̄sus repperit omnimodus.
Quod tantos numeres cognato sanguine iunctos,
AEqualesq; ævo compare suscipias.

Non

Non male discordes studijs, non moribus atros,
 Quin culto affabre conspicuos animo.
 Qui tua coniuncto sustentent robore facta,
 Inclyta qui tecum munia participant,
 Sublimemq[ue] ferant cælo communib[us] ausis.
 Flumina sic proprio parvula fonte cadunt,
 Et tenui rivo trepidant viridantibus arvis,
 Nec sese claro nobilitant latice,
 Hinc atque hinc donec latè auxiliaribus vndis
 Aucta, procul vasto se æquore proiiciunt.
 Sic rex Eridanus fluviorum gurgite pleno
 Crevit, sic flumen, Vistula magne tuum.

DOCTISSIMO ATQVE ORNATISSIMO IVVENI

GEORGIO DOVZÆ,

Dno. & amico observandissimo.

Nobilissime iuvenis,

POst tuum à nobis discessum,
 pro mutuo nostro amore, sollicitum me fuisse existimare debes,
 quomodo itiner hoc tibi cesserit,
 ecquid incolmis petita loca attigeris, valuerisne vique, & cætera
 eiusmo-

61

eiusmodi, quæ amici pii amicis absentibus timere solent. Tum illud veniebat in mentem, domi meæ te non tam ampliter habitum, prout familiæ tuæ dignitas requirebat. Verum tu tenditati nostræ veniam dabis, & ex animo potius rem æstimabis, non animum ex re. Fortunulæ meæ si hoc etiam scire volles, apud Heroem meum non pessimè collocantur. Spero me honestissimi otij luculentam copiam habiturum in quo, & in libris utinam mihi consenescere contingat. A Patre tuo hanc tibi epistolam; hanc alteram à Bircoveio. Petrum Ceklinium, qui tibi has reddit, scies esse ex primarijs Secretarijs Regijs, virum optimum, literarum amantissimum, si quid librorum MSS. meā causā comparasti; ubi hominem monueris, pretium dabit & ad me transferet. Bene valere te cupio. Leopoli Anno 97. Iunij 26.

Tui amantissimus
S. SIMONIDES.
Nobis

NOBILISSIMO IUVENI

GEORGIO DOVZÆ,

*Amico charissimo in aula legati
Angli Constantinopoli.*

S.P. Antonius vicinus meus
A reddidit mihi à te epistolam , perbrevem illam quidem ; sed tamen quod à te , gratissimam . vellem enim perennem hanc nobis amicitiam esse , quæ quoniam inter absentes vix aliâ ratione commodius retineri solet , quam literarum frequentiâ , usurpemus quæso officij hanc mutationem . Ego meam vicem non committam , desiderari à te diligentiam meam . De te itidem mihi persuadeo , obsequuturum te pro benignitate tuâ votis meis . Itiner hoc feliciter tibi cefisse gaudeo ; turbatum tamen non nihil à nebulone illo *** doleo ;
 sed

sed nos improvidi , qui sanum & so-
brium quicquam sperabamus ab hoc
terræ foetu. Tu ipse videras , quæ
mandata acceperat super te ab heris
suis : maiori fide nemo commenda-
ri potuit. Sed quid facias? mala
mens, malus animus. Hoc potius
gratulor in familiam te acceptum à
viro principe, qui honorem ingenio,
tuo habere non spernit. Quid si
hoc ita sit? vt læti aliquid dum ad-
venit, semper præcedat, quod ve-
lis non evenisse : sed ego fortean
refrico molestiam , quam tu iam
olim expuisti. Ego etiamnum in-
ter meos vivo , non alio negotio,
quam vt illis & eorum rebus provi-
deam. Brevi tamen expediam , &
me apud Heroem meum collocabo.
Ex ista peregrinatione fructum
etiam ad me redditurum spero , quâ
libris, quâ ceteris rebus. Queso ami-
culi vt memineris. Bene valere te
cupio. Leopoli 6. Septemb. An. 97.

Tui amantissimus

S I M O N I D E S .

A M^r. DE MORS.

Patrice d'Ambourg.

nous donnant SIMONIDE.

S I X A I N.

I En vante, de MORS, ton merite ou ta gloire;

Aussi ne suis-je enfant des Filles de Memoire.
Tant de rares Escriptz qu'affranchis chasque iour,

Da la nuit, de la mort, te dressent la colomne;
Par sur tous, SIMONIDE, auquel ie fai la cour

Debattant aux Romains & aux Grecs la con-

romme.

DE NEREE Ministre
En l'armee de son Excel.

VITA

VITA ET OBITVS
ILLVSTRISSIMI HEROIS
IOANNIS SAMOSCII
REGNI POLONIÆ CANCELLARII SVPREMI ET
EXERCITVVM DVCIS
GENERALIS,

AVTHORE

ADAMO BVRSIO.

.E.

IN ARMA ILLVSTRIS-
SIMI MAGNI IOAN-
NIS SAMOSCII supremi
Cancellarii Regni Polonię &
exercituum Ducis gene-
ralis.

Res hæstætria sunt insignia stemmata vitæ,
Doctrina insignis, virtus insignis, & inde
Pro meritis veniens vultu fortuna benigno.
His armis aucti Samosciadæ usque triumphant
Aurato curru inventi Capitolia cœli.

ILLVSTRISSIMO AC
REVERENDISSIMO
DOMINO,

D. GEORGIO SAMOYSKI
Episcopo Chelmensi, Abbatii
Czervenecen. Domino ac
Patrono observan-
tissimo,

Adamus Bursius S.P.D.

Sermonem hunc meum in
lucem exeuntem, ad te mitto,
tibique dedico Illusterrime Do-
mine : multis nominibus te
prensantem. Primum, quia lo-
quitur laudes Samoscii, hoc est,
magni patrui tui : ideo, ut uni-
versæ domus illius, ita laudum

E 2 quo-

quoque, ad te imprimis pertinet patrocinium & tutela: deinde, quia solus es summus præses, iudex, & patronus huius Academiæ: quantulumcunque id est, quod ex illius quasi sinu proficiscitur, id tibi præcipue debetur. Accipe igitur excellenti illo animo tuo hanc vocem meam, minorem quidem longè quam sunt laudes illius magni Herois, sed illi tamen debitam-Vale.

ORA-

B a r s y 69

O R A T I O.

I quis est vestrum , auditores, qui forte, ab obitu Illustrissimi Herois Samoscii , miretur nostrum vertentis huius anni silentium: is obsecro consideret, quid intersit unum vulnus an plura accepisse : uno dolore an pluribus esse consauciatum. Accepit magnum vulnus Respub. Polona, postquam sublatus illi est magnus Cancellarius , magnus exercituum imperator , Icannes Zamoscius. Ille enim fuit arx & murus Regum & Regnorū Poloniæ , princeps ac culmen Senatus , custos legum, defensor libertatum , lumen ac decus civium , communē perfugium bonorum , fulmen bellorum , terror hostium, deliciæ literarum ac literatorum. Ad quem communem & publicum luctum, accessit privatim orbitas nostra : quæ coniuncta cum malo communi , geminato dolore

E 3 simul

simul & ingenium & vocem nobis
interclusit. Nunc quoque, si fas es-
set , quibusunque ausib⁹ nostris
ipsum ad vitam revocari posse, tanti
esset non modo lugere , sed etiam
de vitæ nostræ demenso vitam il-
lius redimere. Sed quia ille neces-
sitati naturæ concessit , & cœlitus
ex hac statione in aliam est vocatus,
cum prima sorte uti non possumus,
utamur secunda ; memoria virtutum ,
præsentem illum nobis facia-
mus : ab hac parte mori ille non
potuit, quem rerum gestarum glo-
ria iampridem immortalem reddi-
derat. dum vixit, ærarium omnium
bonorum omnibus præstítit : quod
reliquit , specilegium est , sed rari-
simum & preciosissimum , civibus
suis insigne exemplum virtutum.
Iam enim minus requiretis pere-
grina : h̄c h̄c domi habebitis om-
nis exempli documenta , in illustri
posita monumento : unde vobis
Rei que pub. quod imitemini , ca-
piatis.

piatis. Quod multi excludent ele-
gintius, ut est & materiæ & ingenii
benignitas. mihi non tam copia
quam modus in dicendo videtur
esse querendus. Quamobrem præ-
teribo, quæ illi cum plerisque mul-
tis fuere communia : quod natus
fuerit paterna stirpe & materna,
avis, atavis, maioribus clarissimis &
fortissimis viris. Plena est historia,
plenæ voces Polonæ nobilitatis. A
quo enim rerum Polonicarum scri-
ptore, non celebratum genus pater-
num Zamosciorum? qui iam inde ab
ultimâ memoriâ , non advenæ in
hæc regna , sed indigenæ huius re-
gni , ex stemmate nobilissimo Ko-
zlorogorum nomine dicebantur.
Ex quibus Florianus, cognomento
Sari , vetustissimum insigne gentis
suæ , novo monumento virtutis,
auxit & cumulavit. Nam Prussico
bello , Rege VVladislao Lokietko,
cum inter hostium cæsa cadavera,
fortissime pro patria pugnans, effusis

E 4 visce-

visceribus iaceret, à Rege id spectante & admirante, ad memoriam sempiternam & decus immortale nominis Samosciani, ad trium hastarum vetus insigne, Kozlorogi dictum, nomen lelitorum stemmatis, quod est Samosciorum, est consecutus. Ex hoc genere paterno oriundus, maternum duxit ex antiquissimâ & nobilissimâ gente Herburtorum: qui cum multis tam belli quam pacis artibus perpetuo successu Rempub. hanc auxerunt & ornârunt, tum imprimis ingenii & doctrinæ gloria illustrârunt. Verum hæc, ut dixi, Zamoscius cum plerique multis habuit communia: patris illius certè singularem prudentialiam mirari par est. Is fuit Stanislaus Zamoyski, vir per multa militiæ decora clarus: quorum commendatione, primum nobilissimo municipio in Russiâ Belz nominato præfectus, postea in amplissimum Senatus ordiné est cooptatus, Castellanusque Chel-

Chelmensis appellatus. Multa huic
viro debet cum Russia, parens & al-
trix ipsius, regio clarissimorum &
fortissimorum virorum fertilissima;
tum universa Polonia : non solum
ideo, quod hoc decus & lumen no-
minis Poloni Ioannem procreavit:
id enim fortunæ est : sed quod pro-
creatum ita educavit & instituit, ut
primus iter ostenderit & patefeci-
rit, quod eundum sit huic, qui bo-
nus & commodus patriæ civis sit
futurus: quod singularis est pruden-
tiæ. Quamprimum enim attigit
hanc ætatem, in qua pueriles animi
primis literarum incunabulis infor-
mari solent, misit eum discendi
causâ Crasnoftavum, oppidū quon-
dam celebre, sed maximè eo nomi-
ne; quod illud hominum eruditum
Albertum Ostrovski, tunc ludi li-
terarij præfectum haberet: quo pri-
mæ literaturæ puerilis præceptor
usus, cum celeriter æquales ingenii
gloria superasset, facile disciplinæ

E 5

illius

*N. id Heidenstein in Vita Zamostii
1550. non fit.*

illius rivulis exhaustis, ad fontes ipsos ingeniorum se contulit. Erat Gallia tum plena doctissimorum virorum, in quibus illa lumina fuerunt: Adrianus Turnebus, Dionysius Lambinus, Iacobus Carpentarius, Petrus à Penna. qui & quanti Deum immortalem viri? quam docti, quam celebres? Turnebūm igitur & Lambinūm principes ac duces sibi elegit in his studiis, quibus animus ad humanitatem informari debet: Carpenterium in artibus & Philosophiā: Petrum à Penna in Mathematicis scientiis praeceptorem sumvit. Sed quid ego hēc commemoro? num pauci, nostratum quoque, illorum praeceptorum ibidem copiam habuerunt? ex quibus tamen neminem Turnebi aut Lambini, aut Carpentarii, aut Petri à Penna, discipulum agnosceres, Ioannem Zamoscium facile agnosceres. Ecquid hoc rei est? Studium, auditores, studium, & arctissima.

Zamoscij relata aucta Frans. Delgini optime in Scholijs & etatia se abdicit, quia ut opere
Inz. in terra Paula et Antlm. ex Germetianis
colebat, illud sentib[us] prope et h[ab]iliter ac qua lib[er]tate
Heident[er] -

optimi temporis in optima ætate parsimonia. Id id interest. Quantum enim alii ab audiendo temporis dabant conviviis, quantum aleæ, quantum pileæ, quantum lusibus, voluptatibusque aliis, tantum ille sumebat ad recolenda hæc studia, quæ ex præceptoribus audiebat : nec iolum tunc, quum audiebat; sed quem gustum ab illa usque ætate imbu- rat, eius sapor, ut ita dicam, ad ultimum usque vitæ spiritum in eo per- duravit : verissimeque de illo dicti tabatur, quod de sapientissimo si- mul ac invictissimo Imperatore Ro- mano Scipione Africano dictitari solitum traditur : nunquam minus solum fuisse, quam cum esset solus: nec minus ociosum, quam cum es- set ociosus. Sive enim domi , sive foris, deambulando , iter faciendo, in castris , inter arma , ac tela, perdius, ac pernox, quantum ocii con- cedatur vel ab requietè corporis, vel à negotiis Reipub. totum ad reco- lenda

Ienda literarum studia conferebat:
& hunc redditum ad literas iucun-
dissimam sibi esse animi requiem
prædicabat. Adeò à teneris asues-
cere multum est. Verum ut ad id,
quod cœpi, revertar. His optimar-
um disciplinarum velut mercimo-
niis ex Galliâ deportatis, infatiabili
quadam discendi cupiditate inflam-
matus, Patavium venit: in urbem
celebrem, atque eruditissimis homi-
nibus, studiisque affluentem. Ex
hac plerosque nobilitatis Polonæ
nuper vidimus adferre solitos do-
ctrinam, subtilem illam quidem, &
acutam, sed abhorrentem ab usu hu-
ijs Reipub. ex qua nihil neque ad
communem afferre fructum, neque
in aspectum Reipub. lucemq; pro-
ferre poterant. Samoſcius autem,
cùm sibi persuasisset, nihil esse in
vitâ tantopere expetendum, quam
laudem divini numinis, & patriæ fe-
licitatem: ut ea copiis locuples, opi-
bus firma, gloria ampla, virtute ho-
nesta

nesta sit: ad iurisprudentiā animum appulit, quæ regendis populis, administrandæ Repub. maximè una scientia est comparata : eam igitur veluti ultimam manum studio imposuit. Interea cum de ingenio eius, & singulari eruditione in dies fama crebresceret, omnes, quicunque de ingeniiis aliquid iudicare poterant, certatim sese illi applicuerunt : ac unanimi consensu principem iuventutis literatæ, Rectoremque Academiæ Pataviæ creaverunt. Quo munere cum ingenti laude decurso, quum iam abundans præceptis, institutisque optimarum artium, maturus videretur rebus gerendis, patriæ amor in Poloniā illum revocavit. Nunc demum is mihi campus esset orationi : si modo possem pro magnitudine hominis, magnitudinem orationis afferre : sed quum parem non potero, pro re natâ, quam potero, postquam cœpi, prosequar. Tria ego existimo esse in civi principe,

principe, quę qui habeat, non ego illum quidem, ut noster ille, Deo simillimum iudico, sed cum illo comparo, quo post homines natos nec maior vir, nec nobilior, aut clarior civis esse potuit. Ea sunt: doctrina, virtus, felicitas: quae omnia in multis aliis mediocria vel legitimus, vel accepimus, in Samoscio omnia summa vidimus. Conscii sunt doctrinæ, & cruditionis illius, quicunque ad eum, vel cum eo unquam sermonem habuere. Quando- cunque & quotienscunque ad eum verba siebant latina, illa, quae ex tempore respondebat latinè, latiniora & cultiora erant, quam ea, quae ab aliis, qui non mediocre nomen ex literis habebant, meditata, ac parata afferebantur. Quae vero cogitatè accurateque scribebat, ea sic probabantur, ut ad veterum scriptorum laudem pervenirent. Documento sunt scripta eius, cum magno emolumento rei literariæ in lucem edita.

edita. De Senatu Romano liber: quo admodum adolescens eruditissimam criticorum gentem conturbavit. Quid enim illis accidere potuit magis inopinabile, quam iuvenem in ultimis Septemtrionibus natum, quos illi barbaros vocitant, id opus conscripsisse, quod senes, in omnium literarum luce natos, necesse fuit admirari. Sed virtus nec ætatem expectat, nec locum moratur. Dedit igitur specimen, qualia & quanta sint ingenia nostrorum, si ritè educta exultaque fuerint. Extat illius etiam opus legum & institutorum Academiæ Patavinæ, quod antè dispersum & corruptum collegit, ordinavit, recensuit, edidit. Argumentum ingens, quantus erat futurus patriarchum legum peritus, qui peregrinarū tantoperè fuit studiosus. Extat elegantissima oratio illius edita, quā usus fuit ad Henricum Valesium, quando legatus à Repub. Polonâ missus, ipsum ad imperium

in Poloniæ Regnum vocabat, Ar-
tium verò Philosophiæque cogni-
tio planè in eo fuit admirabilis.
Quicquid enim à Græcis vel à La-
tinis ingeniis egregium, & doctrina
scientiaque dignum literarum mo-
numentis proditum est , nihil est,
quod ille non viderit, legerit, plane-
que perceperit , sed etiam tenacissi-
mè meminerit. In quo tantus fuit,
ut sæpenumero nos ipsos in rubo-
rem daret : qui assidue in libris ha-
bitantes, nocturnâ atque diurnâ ma-
nu , scripta doctorum versabamus:
neque tamen ex iis ita facilè , quo-
ties usus venit, prompta parata no-
bis sub manum veniebant , quām
illi, qui ante multos annos hæc ipsa
cognoverat. O diviniorem quām
Themistocleam memoriam audito-
res! Itaque cùm iam totum Respub.
haberet, quæque summa erant, tam
bello , quām pace gereret , unicam
tamen & referebat, & ostendebat, in
fluctu negotiorum, animi recreatio-
nem,

nem, in Academiam, quam in pa-
trio solo condidit, ventitare: nobis-
lemque iuventutem non solum pre-
sentia excitare, sed etiam voce hor-
tari; nec voce solum, sed disputando
experiri: cum Philosophis, de Phi-
losophia, philosophicè: cum Ma-
themacis, de Mathesi, mathemati-
cè: cum Iurisconsultis, de Iurispru-
dentia, consultissimè. Idque unico
hoc nomine se factitare & dictita-
bat, & declarabat, ut iuventus Po-
lona intelligeret, ex quo fonte illa,
quæ summa omnia in ipso erant,
hauriret: hincque persuasum suo
exemplo haberet, nunquam nec se
potuisse, nec quenquam posse prin-
cipem in Repub. extare civem, ad
cuius naturam eximiam atque illu-
strem, ratio ac conformatio doctrin-
æ non accesserit. Quæ cum maxi-
ma in illo esset: ab ea tanquam à
fonte manabant, quæcumque sive
pace, sive bello, pro salute huius
imperii, pro vita civium, proque

universa Repub. ab eo gesta fuerunt. Quod ipse sæpenumero prædicabat, se quicunque, & quantus cunque esset, omnia optimarum artium studiis accepta referre. Eorum enim decursis spatiis, ex ingenii doctrinæque celebritate cognitum ac commendatum, Sigismundus Augustus, Poloniæ Rex, in collegium Secretiorum suorum cooptavit: atque protinus inter primos huius ordinis habuit, moxque, quod regis sapientissimi erat iudicium, Samoscii vero summa in suscipiendo dexteritas, in agendo sedulitas, in conficiendo felicitas, non solùm regio tabulario, quod Archivium dicatur, ipsum præfecit, sed brevi Capitaneatu Belzenſi ornavit. Nec post unquam vel regem impositi, vel Samoscium suscepiti muneris pœnituit. Sicut attentus ad rem patrifamilias, nactus agru fertilem illum quidem natura, sed propter aratorum pigritiam, nec cultum, nec frumentosum,

Et uos sum, intellecta soli bonitate,
impensè operam faciendo, incredibile
quantum horreum frumenti
congregavit. Ita Samoscius, quæ-
cunque antea in actis publicis, pul-
cherrima illa quidem, & maximi
momenti, sed veluti moles quædam
indigesta, per incuriam, supplex
iacuit, illam recensuit, dispoluit, or-
dinavit. Qui labor illius non solum
Reipub. bono fuit, sed ipsi privatim
etiam in magnum emolumentum
cessit. Quod enim discriminè
putatis inter eos, quos Respub. in
amplissimo dignitatis gradu collo-
cavit: ex quo tamen cùm de Repub.
consilia ineunda, sententiæque di-
cendæ sunt, alii mussant, alii pedi-
bus in aliorum sententiam eunt, alii
ita loquuntur, ut nec caput, nec pes,
ut est in proverbio, eorum oratio-
nis appareat. Samoscius autem, om-
nibus Reipub. temporibus, iure suo
potuit dicere idem, quod Apolli-
nem apud Ennium dictitasse tradit

Orator ille , se esse eum , unde sibi
populi , & reges , & omnes cives
consilium expetunt. (quit, ex
Suarum rerum incerti, quos mea ope, in-
Incertis certos, compotesque consilii (das.
Dimitto, ut ne res temere tractent turbi-
Verissimum enim oraculum fuit ci-
vatis Polonæ : ad quod ora sua
populus Polonus convertebat , ex
cuius ore pendebat , à quo compos
consilii , & rerum suarum , in quaſ-
cunque ille incubuit, certus redibat:
ex cuius ore melle dulciorem au-
diebat orationem. Hoc discrimen
est, hoc auditores, quod Samoscius
ad summam scientiam rerum uni-
versi ſæculi , ad cognitos & perspe-
ctos omnium gentium , nationum,
populorum , ex monumentis litera-
rum, mores, leges, instituta, confue-
tudines , ad id , quod intelligentia
penetravit , & notitia complexus
est, omnium omnis ævi Rerum pub-
ortus, incrementa, motus, conversio-
nes, occasus, earumque prægressus,

&

& antecessiones, causasque omnes
in memoria habuit: ad hoc inquam
adiunxit accuratam & exquilitam
rerum domesticarum cognitionem
sine qua nemo, qui, & ubi sit, potest
agnoscere: sed semper tanquam ho-
spes & peregrinus in sua civitate
versabitur. Samoscium autem ve-
rissimè vivam bibliothecam fuisse,
possis affirmare. Ille ætates patriæ,
ille iura publica imperii, ille privata
civium, ille domesticam, ille belli-
cam disciplinam, ille fœdera cum
vicinis populis, pacta conventa cum
sociis sciebat: omnium denique hu-
manarum divinarumque rerum no-
titiam habebat. Felicissimè igitur
per eum Respub. omnia & loque-
batur, & agebat: nihil ei novum,
nihil inopinum, nihil difficile, nihil
arduum erat: omnia animo præcep-
ta, præmeditata, pertractata gere-
bat: ad omnia Reipub. tempora, ca-
sus, pericula propè sub manu & con-
filia, & remedia inveniebat. Verùm

non solum præsentia bona , vel ma-
la, sed quod multò divinius est, fu-
tura , tanquam ab altissima specula,
ab excelsa animi sapientia videbat
Iuculentissimè , denunciabat certis-
simè; nunquam perplexus, nunquam
obliquus, nunquam falsus. Hoc est,
hoc , auditores , demum sapientem
esse , non modò , quæ ante pedes
sunt , videre , sed longè in futurum
prospicere , ut dixit ille. Hunc ta-
lem, ac tantum, magnus ille animo,
sapientia, virtute, Stephanus Battoreus
Rex Poloniæ , postquam ad
imperium venit, diligenter quæsivit;
morum, consuetudinum, legum, iu-
rium , totiusque Reipub. gnarum:
sine quarum rerum scientia Rem-
pub. dextrè gerere videbat se non
posse. Maiorem invenit Samoscium,
quām quærebat : non solum in pa-
cis artibus consultissimum , sed in
bellis fortissimum , felicissimum,
ut vedit eum, ut cognovit, omnibus
dignatus est , quibuscunque maxi-

mis

mis potuit, quæ summæ illi virtutis
decebantur. Fecit eum imprimis
legum omnium tam publicarum,
quam privatarum huius imperii cu-
stodem. (is enim legibus, & mori-
bus Poloniæ est supremus Cancel-
larius) Magnum me hercule munus,
tantique momenti, quanti sunt ipsæ
leges: salus nimirum, ac anima civi-
tatis, verum nulli, quam Samoscio
convenientius, qui ipse anima, ut sic
dicam, fuit legum, ac iuris. Putabant
plurimi nostrorum imperiti rerum
quidem, sed prompti manu, & ferro
viri, longissimis spaciis à se dissita
esse ista, Minervam & Martem, lite-
ras & bella, libros & tela, nec in
unum concludi posse. Verum lau-
datissimè sapientissimus Rex iudicio
suo illorum stultitiam condemna-
vit: Samoscius virtute refutavit:
Regis iudicium mirificè comproba-
vit. Creatus enim à Rege Impera-
tor exercituum, Deū immortalem!
quæ, & quanta documenta dedit:

non frustra ab antiquissimis, iisdemque sapientissimis, Palladem armatam statui solitam. Tantus Imperator in omni genere belli fuit; præliis, oppugnationibus, totiusque belli instrumentis, & apparatu: ut neminem ducem post exortam Poloniā parem, neminem eorum, quos uspiam legimus, maiorem extitisse unquam ostendere habeamus. Quatuor censet ille has res in summo Imperatore inesse oportere: scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem. Quæ res ex his, obsecro, illi defuit, aut potius quæ non summa in illo fuit? Scientia certatur in exercitu ducendo, in castris metandis, in locis capiendis, in urbibus, ac arcibus obsidēndis, expugnandis, capiendis, in arte conciliandorum hominum. Quis illo in his omnibus fuit scientior? qui omnibus bellis, quæ à regibus Poloniæ hac tempestate, qua vixit, gesta sunt, non interfuit solum, sed

sed etiam præsulit. Qui Imperator plura bella gessit, quam alii legerunt: plures urbes cepit, quam alii viderunt: plures victorias rettulit, quam alii concupiverunt: plures triumphos egit, quam alii spectaverunt: &c, quod divinum est quidam, sine ulla unquam offensione, nulla suorum iactura. Nec sine causa. Nihil enim unquam egit, nihil est molitus, quod non prius consultum, cognitum, exploratum haberet: opportunitates, loca, tempora, accessus, recessus sciebat. Nemo castra metari elegantiùs, nemo loca capere opportunius, nemo præsidia collocare tutiùs, nemo acies instruere melius ipso potuit. Nunquam igitur vixtus, semper vixtor: nunquam offensor, semper triumphator extitit. In oppugnationibus verò, ubi fossæ ducendæ, ut tanto intervallo, tanta vi unumquodque bellicum tormentum muros ferire, penetrare, diruere possit,

Archimedea arte circuli , trianguli , aut quadrati usu , tum aliis instrumentis conficiebat : Hinc siebat , nullam tam munitam esse potuisse urbem , aut arcem , quæ virtuti illius esset inexpugnabilis : ut ad quamque venit , vidit , fregit , vicit , cepit . Virtutem autem illius , quis satis aut demirari , aut verbis consequi possit ? Laborem in negotiis , fortitudinem in periculis , industriam in agendo , constantiam in perficiendo , longè maiorem , quam in Pompeio . Laudatur Alexander Macedonum Rex , & maximus omnium Imperatorum iudicatur : & iudicatur non à Phormione aliquo , qui nunquam ipse castra , nunquam hostem viderit , sed ab Annibale summo ipso Imperatore , qui in castris natus , in castris educatus , cum Romano populo totius orbis terrarum victore , multos annos de imperio dimicavit : laudatur , inquam , ex eo , quod parva manu innumera biles

biles exercitus fudisset, quodque ultimas oras, quas visere supra spem humanam esset, peragrasset. Sed si Annibal reviviscere, & bella ab Alexandro gesta cum iis, quæ à Polonis duce Samoscio gesta sunt, quasi ad trutinam examinare posset, sententiam mutavisset: & palmam ab Alexandre ad Samoscium trans-tulisset. Quid enim? tantus Imperator non facile sensisset, quid interesset cum Dario homine enervato deliciis, fracto voluptatibus, exarmato ignavia, & cum Ioanne Basili-de viro multis domi, ac militiæ rebus clarissimo bellum gerere. Huius potentissimi Europæ, Asiæque Regis Stephanus Battoreus Poloniæ Rex, duce Samoscio, innumerabiles copias parva manu fregit, vicit, ad accipiendas à Polono populo leges compulit, Livoniam ab eo recuperavit. Sed ubi locorum? Deum immortalem! ad septentrionis usq; oras ultimas, loca sylvarum solitudi-nibus

nibus invia , cœli crudelitate inhospita, dira nive, ac gelu horrida. Vbi ei non solū cum bellicosissimis hominibus illi cœlo familiarissimis, sed cum ipsa locorum natura usu venit pugnandum. Verūm in isto bello, quanquam ductu Ioannis Samoscii non modò affecto, sed etiā confecto; quia tamen divi Stephani Regis non modò auspiciis , sed etiam auxiliis gesto, cui ille heros fortissimus, non solū præfuit , sed etiam interfuit , nonnihil potest magnitudo talis , ac tanti Regis de laudibus Samoscii delibare. Si ista laudum delibatio potest appellari , ac non potius summa laudum accessio, quod sapientissimus simul, ac fortissimus Rex vidit, & iudicavit, a se tale ac tantum bellum confici non potuisse , nisi tali, ac tanto viro usus in eo gerendo fuisset. Sed ad ea veniamus, quæ proprio Marte ab eo, etiā sine Theseo, ut est in proverbio, ipsum summum fuisse Imperatorem mirificè

mirifice comprobârunt. Mortuo enim Divo Rege Stephano, & Repub. ad interregnum lapsis temporibus, hic solus fuit, qui, ut coelum Atlas humeris portare traditur, sic ille res Polonas sustinebat. In maximo comitiatu ad VVarschaviam, cùm pro legibus contra libidinem, pro libertate contra servitutem, pro iure contra vim, pro imperio contra factionem fortissimè stetisset: effecit, ut maior, & melior pars civium, liberè, atque ordine posset, quæ sentiret de summa Repub. statuere. Omnibus igitur imperii Poloni ordinibus suffragantibus, legibus, & more majorum, designatus est Rex Poloniæ is Sigismundus tertius. Sed cùm adversa factio contra ius, & fas, Maximilianum Archiducem Austriæ designasset, datum est à Repub. Ioanni Samoscio negotium, videret, ne quid detrimenti Respub. caperet. Is, ut fuit legum custos vigilantissimus, libertatis defensor acerrimus,

Craco-

Cracoviam proficiscitur, sedem aē
domicilium imperii Poloni desig-
nato Regi Sigismundo, servaturus.
Quid multis opus est? ad arma cum
Maximiliano ventum est. Maximi-
liani copias, Cracoviam oppugna-
tione infestantes, ad ipsa urbis mœ-
nia fundit: ipsum Maximilianum no-
vo, ac validō exercitu auctum, ad Bi-
cinum consequitur: signis collatis
vincit, capit, in triumpho Regi suo
sistit. Quæ unquam fuit victoria illu-
strior? pro quibus illius cùm de pa-
tria, tūm de Rege suo meritis, Deus
Opt. Max. tanta eum auctoritate
munivit, ut nemo postea hostis, non
modò arma illius, sed nec vultum
quidem potuit sustinere. Scytarum
gens barbarie immanissima, multitu-
dine innumerabilis, bellicosissimo
suo Imperatore Cassigero, fines im-
perii Poloni transire tentavit, quam
adversus, rapta valde exigua manu
suum Samoscium, ad Ciceram ca-
stra est metatus. Inter maximos iin-
perat-

peratores ponitur Pyrrhus, quod castra metari scierit, quis scientius illo tempore castra metari potuit? Ut iis solis hostem in armis exercitatissimum, in præliis fortissimum, ac potentissimum, conturbaverit, terruerit, perculerit: effecit hoc Samoscius. Si in eorundem summorum imperatorum numero statuitur magnus Alexander, quod pauca manu magnas hostium copias fundebat, quis minore manu maiores copias unquam profligavit? octuaginta millia Scytarum in armis fuere: quos Samoscius tribus Poloni militis millibus infestando, iaculando, cædendo, ita afflixit, ut pacem petere, arma ponere, leges accipere, victore Samoscio necesse haberent. Quod si quispiam est, qui hoc sibi vindicaverit, in aliis certe potuerit, quibus vinci & servire non est novum, in Scytis non potuerit, quæ sola gens ex paucis nunquam fuit perdomita. Verum abhinc protinus vix respirare,

&

& paci morem ponere datum est,
ecce Daciæ ulterioris tyrannus Mi-
chael, omni copiarum genere abun-
dans, Daciam citeriorem, populi
Poloni provinciā aggreditur. Quid
dicam, spiritib[us]ne hostium populi
Poloni, an in solentia affluentis per-
petuò fortunæ inflatus, aut potius
infatuatus, tam audax facinus ag-
gressus fuerit? Sed credibile est ma-
gnitudine copiarum, quas numero-
fissimas, ex bellicosissimarum gen-
tium populis, trahebat; fretus mag-
nitudine victoriarum ex potentissi-
mo Asiæ tyranno Turca toties de-
portatarum elatus, in hanc mentem
est impulsus. Felicissimus futurus, si
ex alio mustaceo, ut est in prover-
bio, laureolā petere voluisset. Quid
enim eo esset felicius, si importunissi-
mum Christiani nominis hostem
Turcam coercere, distrahere, infe-
stare, exterminare perseverasset?
certe immortalem suo nomini
gloriam comparasset. Verū
nescio

haesio quæ mala mens ipsum impulit, ut potius segetem ac materiam gloriæ suæ relinquere, quam dederoris & ignominiax labem querere maluerit. Quid enim aliud quæsivit? Trahebat secum Moldaviam, Serviam, Transilvaniam : sed paucis velitationibus vim ac robur nostrorum expertus, quamvis paucorum, ducis vero nomine consternatus, loco motus est, receptui intra cavernas montium & sylvarum cecinit. Ad Thelesinum loco munitissimo capto, exercitu instruto, prælli copiam fecit : sed signis collatis, mox acies eius inclinata, ferre virtutem nostrorum non potuit : hostes fusi, fugati, multa millia cæsa, ipse Michael per iuga montium cum paucis in Vngariam fugit. O singularem imperatoris nostri virtutem auditores : Scandebergus in eo renatus dicebatur : Turcarum, Vngarorum, Germanorum, plures ac validos exercitus toties fuderat : is qui primò

G

adven-

adventum Samoscii ferre non potuit , vim sustinere quomodo poterat? Hic iam fortuna populi Poloni desiderabatur , vt perdomitis longè lateque hostibus, pacata quiesceret: nisi perfidia Caroli , Sudermaniæ ducis, non satis sibi putasset Sueciæ Regnum intervertere, nisi idem perfidiæ virus in Livoniam transferret: transtulit & infecit adeò, vt trajecto exercitu , totam ferè Livoniam occuparit. Venit igitur in potestatem Caroli Livonia , provincia populi Poloni , non ita pridem , eodem duce Samoscio, ex potentissimo hoste , Moscovia duce , recuperata. Quid miremur priùs , sceleratissimamne perfidiam Sudermani : qui patruus , adversus filium ex fratre, sceleratum ac nefarium bellum suscepit : an furorem Suecorum , qui illum sunt sequuti : an potius pietatem incredibilem Ioannis Zamoscii, qui oblitus ætatis suæ senilis , oblitus fractæ iam infinitis laboribus valetudinis,

letudinis , oblitus quām longissi-
mum iter iret, quām omni miseriarum
genere infestissimum , ibi se
totum tulit, vbi hostile incendium,
patriæ damnum, Poloni nominis la-
bem conspexit. Quod tamen sævif-
simum bellum modò non tertio pe-
datu , vt dicitur, confecisset : si illi
tantum cum hostibus, quamvis per-
fidis , quamvis temerarijs eslet pu-
gnandum. Sed pugnatum est atro-
ciùs , cum fame, siti , morbis, algū,
& gelu sævissimo : atrociùs cum ex-
ercitu optimè merito , non optimè
habito. Provincia à Carolo ad in-
ternacionem devastata; hinc fames,
stipendia & supplementa exercitui
frequentius retenta quam data :
hinc discessiones. Videres, ô dolor!
ô pudor! imperatorem fortissimum
Poloni exercitus , cum lachrymis
precabundum milites prensantem;
mancerent , perferrent, obdurarent:
infectis rebus non abirent : videres
ipsum in oppugnationibus inter

media tela tormentorum volitans
tem: i^ctū globi truncatam frameam
vibrantem: sub muros fortissimè ta-
men nitentem: in castris, sub pelli-
bus inter gregarios milites vilissimo
cibo, sordidissimo foculo, senile
corpus sustentantem: simul & im-
peratoris & militis munia obeun-
tem: ærarium quantum potuit præ-
stantem: interim tamen provinciam
conficiebat, hostes submovebat, ar-
ces ac vrbes munitissimas recipie-
bat, vbique victor redibat. Verum-
tamen huius belli sævitia confecit
eum: hoc ille vltimum testimonium
pietatis suæ in patriam reddidit,
cum infracta quidem valetudine, sed
victor tamen domum reversus obiit.
Ah lugubre Volmarum, Felinum,
Bialokámienum, non es tanti nec
tota Livonia! Sed Samoscio tanti
erat mortem obire, dummodo ci-
ves à perfidia & violentia hæretica,
patriam & Regem à dedecore &
damno liberaret. Quid interest in-
ter

ter, non dico , Codrum & Decios,
qui se pro populorum suorum salu-
te morti devoverunt : sed inter eos,
qui veræ religioni , contra falsam,
sanguine fuso testimonium reddide-
runt : vnde & martyrum nomen in-
venerunt. Breviter, non pro rerum
magnitudine , sed pro temporis ne-
cessitate , bellica eius facinora me-
moravi : quæ illum summum fuisse
imperatorem declarant. Sed quo-
niam bellicas laudes solent quidam
extenuare verbis , easque detrahere
ducibus , communicare cum militi-
bus , ne propriæ sint imperatorum:
ad eas venio , quæ socium habent
neminem: ex quibus nihil centurio,
nihil præfetus , nihil cohors , nihil
turma decerpit: quæ sunt maximæ:
prudentia summa in gerenda Re-
pub. cuius illa sunt duo maxima ca-
pita:vnum, quòd semper ille totum
corpus Reipub. curabat , alterum,
quòd sic tuebatur vtilitatem civium,
vt quicquid ageret, ad eam referret:

G 3 obli-

oblitus commodorum suorum. Solent alii vni parti Reipub. consule-re, alteram deserere, aut negligere: solent regibus assentari , civium li-beritatem & commoda negligere: quinetiam aliqui perdere. Ii rem perniciosissimam in Rempub. indu-cunt, seditionem atque discordiam: ex quo evenit, vt alii populares, alii regum studiosi sint & esse dicantur. Samoscius , & omnium regum Po-loniæ , cum quibus vixit , maiesta-tem semper sacrosanctè non solùm amavit , coluit , observavit : sed etiam tuebatur : & Reipub. ac ci-vium commoda atque libertatem acerrimè defendebat. Sapientissi-mè moderabatur hanc navim, velu-ti inter Scyllam & Charibdim : ne qua pars Reip. offenderet : ne quid detrimenti acciperet : vt tota inte-gra , sarta testaque duraret : vt ad portum boni publici navigaret : ita libertatem patriæ ac civium tueba-tur, vt regiam maiestatem sacrosan-

Etam

Etiam haberet : ita rursus reges colebat, ut iura , leges , incolumentemque Reipub. sanctissime custodiret. Non vnius, sed vniuersorum studiosus erat : omnibus consultum volebat: seditiones ac discordias odio habebat ; quod verum ac rectum erat, semper & prudenter sentiebat, & liberè dicebat. Testantur hoc illius pro regum suorum incolumentate & maiestate , cum civibus dimicaciones: testantur rursus ad reges fusæ, nonnunquam cum lachrymis , cohortationes , preces, obtestationes pro Repub. vt eam ament , defendant , tueantur , obliti commodorum suorum. sed etiam in extrema vitæ tegula quum staret, id quod antiquissimum per omnem vitam habuit, moriturus , more solenni confessus est , & supremis verbis protestatus, & tabulis mandavit testamenti. Verba eius audite. Secundum Deum , inquit, maximè in terris , Sereñissimos reges meos, & Rempub. non as-

sentatorum more, sed sincerè colui : quibus fidem integrā inviolatamque servavi: & eorum dignitatem foris, & libertatem charissimam domi semper habui. Quia in re certe nulla ex parte laesam conscientiam me habere, subiturus etiam Dei iudicium profiteqr. Civibus meis quibusque, qui me laeserunt ignoso, & ab iisdem mihi ignosci expeto. Pietatem erga patriam, observantiamque erga Regem, commendō : ut luxum & discordiam fugiant quām maximē, & fæneratorum avaritiam publico consensu coerceant rogo. Pro me nihil aliud quam memoriam qualiumcunque meritorum meorum, postulo. Confido S. R. Maiestatem, patriam hanc nostram, quæ illum exceptit, & aliis prætulit, ac suorum sanguine in regno confirmavit, constanter redamare : amor autem meus facit, ut eum vel currentem etiam horari debeam. Privatim verò ab Maiestate Regia animum erga unicum filium ac dominum meam, peto ; cuius cura, benignitati, & autoritati, præcipue eundem filium

filium meum commendo, & quasi de manu trado, in sinuque eius depono. Si quis est, qui sentiat, aut dicat serenissimo meridie non lucere, idem dicet (sentire enim nihil potest) Samoscii merita esse obscura, monita autem & preces eius, ac vota non sanctissima. Utinam verò eorum, utinam o Samosci compos fias: non dubium est, quin felix ac beata Respub. sit futura. Quam etiam tum singulariter beavit, quum iudicia à regibus ad populum transtulit. Ille enim transtulit; qui auctor, inceptor, perfector, sapientissimo ac fortissimo Regi Stephano Battoreo fuit, ut translata velet. Nam quum infesta vario genere bellorum Reipub. tempora essent: ille autem rex bellicosissimus nisi præsens ubique, defendendis finibus imperij adesset; pati non posset: iudicia, vel propter multitudinem actionum, vel propter fori, interdum usque ad ultimos fines, in plures annos quandoque remo-

tionem: non modò cum magna difficultate, & temporum spatijs, sed etiam cum magno sumptu peragebantur. Vedit hoc Samoscius, & indoluit: protinusque Regi auctor fuit: ut potius mallet de maiestate & auctoritate sua regia detrahere, quam de commodis civium. Hoc est, hoc Senatorem esse. Non magis igitur Stephani Regis, quam Ioannis Samoscii beneficio, habetis iudiciorum tribunalia, ex equestri vestro ordine, instituta. Neque verò in publico solum hanc divinam animi æquitatem habebat, sed etiam privatim. Nunquam ille nisi adversus iudicatum hostem patriæ ferrum strinxit, nihil citius quam privatas iniurias oblivisci solitus; quas oblivisci nefas putabat, non armis, quamvis poterat, (ut solent nunc plerique) sed iure persequebatur ac disceptabat. Vi neminem vñquam pressit: ab omnibus intestinis contentionibus alienissimus erat: de inimicis

amicis , aut tacebat , aut honorifice loquebatur : à conviciis & maledictis abhorrebat . Quæ omnia ab excelsò illius animo proficiscebantur . Hanc singularem illius animi magnitudinem comitabantur illæ principes virtutes : magnificientia in agendo , munificentia in dando , constantia in perficiendo . Deum immortalem ! quid ille in vita egit , nisi magnum ? Non solum ornamen-to , sed etiam munimento regnis & imperiis sunt vrbes . Contemplamini Samoscium , Sarogrodum , Ivangrodum , & alia oppida . Samoscium certè abhinc triginta annis conditum , cum qua vrbe Poloniæ , sive elegantia locorum , sive frequentia hominum , sive pulchritudine ædificiorum possit comparari ? murorum certè , qui circumducti sunt , & propugnaculorum insuperabili munimento , cum nulla potest comparari . Vrbibus non solum ornamento , sed etiam honestamento sunt templa , muni-

munimento etiam arces; quid templo Samosciano magnificentius? si-
ve materiæ, sive figuræ, ac formæ
elegantia? quid arce elegantius?
Verum & Vrbes, & templa, & ar-
ces horrent, & squalent, nisi sint
homines culti, morati, sapientes.
Huius rei gratia sapientissimus Sa-
moscius instituit in eadem vrbe sua
Academiam, cultissimum semina-
rium omnium bonorum, artium
optimarum, scientiarum, virtutum:
seminarium Ecclesiæ Dei sacerdo-
tum:seminarium Reipub. bonorum
civium : seminariu omnis generis
hominum, omni ordini, conditio-
niique huius imperij vtilium: lucem
sapientiæ, quæ non solum huic Ro-
xolaniæ parti, sed vbiique gentium
dux sit honestæ vitæ, magistra mo-
rum , officina virtutum. Ad hanc
regendam, lectissima quæque inge-
nia, ex Academia Cracouensi evo-
cavit, honestissimis stipendiis collo-
cavit, certis laborum præmiis, pro
cuius-

cuiusque vitæ institutum postulat, auctoravit : & perpetua autoritate iuris firmavit, libertatibus, & immunitatibus, cùm à sanctissima sede Apostolica Romana, tūm à Serenissimo Rege, atque universa Repub. impetratis, non modò munivit, sed etiam ornavit: Hippiumque appellavit. Præter enim cæteras Academias, quæ in hoc imperio reperiuntur, hoc Samosciana habet peculiare, quod quanta quanta est, tota sic est conformata, ut equitum, hoc est, nobilitatis Polonæ institutioni sit accommodatissima, sive disciplinarum delectu, sive tradendi via, ac ratione. Scilicet sapientissimo illi homini, cui omnia viscera, & medullæ Reipub. nostræ fuerunt notissimæ, non facile veniebat in mentem, quibus artibus iuventus Polona conformata, utilis Reipub. efficiebatur, & quibus non. Vedit, vedit ille, ideo ex præfinito necessitatis civium Polonorum, totam ratio-

rationem institutionis statuit, & ordinavit. Habent igitur reges, principes, habent primates & proceres in Samoscio, non solum quod admirantur, sed etiam quod amulentur, & imitentur. Primatum est, principum, & regum, urbes condere: condebat Samoscius: tempula ædificare, ædificavit Samoscius: Academias instituere, instituit Samoscius. Denique, omnia, quæcunque præclara, & magnifica, partim perfecit, partim affecit Samoscius. Quæ laus solidior est in illo, quam in alijs. In cœlum laudibus tollitur Franciscus Galliarum Rex: in cœlum laudibus tollitur Laurentius Medices Florentiæ princeps, quorum ille in Gallia, hic in Italia, ex militia liberalitate in viros doctos, extenebris in lucem optimas literas evocarunt: magnoque non solum fructu, sed etiam gloria cives suos auxerunt. Et merito tolluntur in cœlum laudibus. Quis enim est,

aut

aut esse potest Rex, sive princeps laudatus, nisi hæc duo genera hominum foveat, promoteat, evehat: fortem militem, & doctum virum: alterum foris, alterum domi, mirificè necessarium: qui id non faciat, nec sibi vñquam, nec Reipub. utilis, veraèque laudis expers est futurus. Fecerunt id ergo omnes laudatissimi Reges, principes: sed tamen Reges, & principes, partim ex communi, partim ex amplissimis patrimoniiis liberales erant: noster Samoscius nec nomine, nec opibus, sed dignitate Rex, & princeps: non publicas, sed proprias: non relictas, sed quæfitas propria industria opes, largè, & alacriter, in Reipub. salute collocavit. Considerate quæso, qui privatis rebus propter commune bonum non pepercit, quem eum in publicis fuisse existimatis? Quæfitus aliquando, quare huius loci, atque ordinis homo, quod plerique omnes faciunt, nullos thymelicos & sym-

sympioniacos haberet, respondit:
Academicos Professores suos sym-
phoniacos esse: Typographiam ve-
ro suam esse musicam. Quæ vox po-
test esse magnificentior? Scilicet ille
magno & ex celso animo vir, nullum
acroma dulcius esse, quam sapien-
tiae declarabat: nullam animi præ-
sentiore recreationem, quam ab
honestis artibus, & scientiis sentie-
bat. Nec eum ratio fefellit. Hæc
enim symphonia, non solum has re-
giones suavissima doctrinarum audi-
tione erudit, sed per universum
orbem terrarum delata, non modò
Samoscii, sed cum eo totius Poloniæ
nomen, ac gloriam propagavit.
Populi enim Poloni laus est, esse in
Polonia Academias frequentiores:
vnde non modò discamus, sed etiam
doctissimas regiones doceamus, &
literarum monumentis augeamus.
Dictare solebat: si mihi tam dives
arca esset, ex qua cives Polonus om-
nes ditare possem, ditasssem; nunc
quum

quum recta liberorum institutio
omni auro est preciosior, huius per-
ennem fontem aperui illis Acade-
miam, vnde eam filii civium hauri-
re poterunt. Quæ illustrior, sive ad
honestatem, sive ad diuturnitatem
munificentia? Iudicate, vtrum fin-
gi, cogitariue aliquis possit, qui fa-
cultates suas pulchrius collocare po-
tuerit, quam Samoscius collocavit.
Sed ad illas virtutes veniam, quæ
non adeò ex arcâ, quam ex animo
depromptæ causam earum sustinent,
ex quibus istæ tanquam ingenuæ
proles progenerantur. Ex qua enim
radice pullulasse putatis, tantos pro
Repub. pro bono communi, pro
hominum salute labores, solicitudi-
nes, curas, vigilias, de ipsâ vitâ di-
micationes? Quanquam enim ma-
gna est virtutum, laborum, pericu-
lorumque merces, magnum præ-
mium commemoratio nominis,
sempiterna laus, & gloria rerum
præclarè gestarum: cuius ille amo-

114 VITA ET OBITVS

rem honestissimum non solum confitebatur , sed etiam consecutus est: nec solum consecutus est, sed etiam orbis terrarum finibus terminavit. Verumtamen non his regionibus vi-
tae suæ spaciū circumscrivebat Ioannes Samoscius , non his limiti-
bus cogitationes suas terminabat , maioris gloriæ stimuli animum illius concitabant : parui , & erronei ani-
mi esse ducebat, vt is , qui ad extre-
mum spatium nullum tranquillum , atque otiosum spiritum duxerit, per exigui sæculi curriculum , tam leve præmium reportare satis existima-
verit. Omnia igitur clarissimarum virtutum caput , & fontem solum, ac fundamentum habuit sanctissi-
mam religionem , ac fidem vnicam Catholicam Romanam. Hanc so-
lam credebat certissimè, ac verissimè, ostium esse vnicum ad gloriam im-
mortalem: non hanc , ex testimo-
nio hominum, licet bonorum, col-
lectam ; sed illam Dei Opt. Max.

gratia

gratia ac dono collatam. Hac ille,
tanquam regula , omnes actiones
suas metiebatur: hac, ceu s̄epimen-
to , ac vallo , vallabat: pro hac per-
petuō contra infidos , contra schis-
maticos , contra h̄ereticos , dimica-
bat. Huius extremo testamento uni-
cum filium h̄eredem instituit, his-
que verbis est alloquitus. *Te, cha-
rissime fili, non modo hortor, verum-
et iam obtestor: primum quidem, ut
Deum & pietatem ante omnia colas:
eamque, non modo potissimum, sed so-
lum quasi bonum, aut omnium bonorum
unicum fundementum iudices: impri-
mis religionem Catholicam constantissi-
mè tuearis, h̄ereses, novaḡ dogmata,
quæcunque, quoconq̄ etiam nomine ob-
trudantur, fugias: ac si forte Regni am-
plissimi civem te leteris, ijs maioribus,
qui meritis suis aliquam tibi nominis fa-
mam reliquerint: tanto magis prestan-
tiore parente, Ecclesia Catholica lætan-
dum tibi statuas: que non modò tot Re-
gum, atque principum, sed quod longè*

præclarus, omnium sanctorum communis mater est: & in cuius gremio mori felicius est, quam ab initio nasci, cum non nasci satius sit, quam in hac non mori. Hanc etenim obtestationem illustrissimis operibus consignasti. Quod enim illustrius est opus hominis Catholici, quam integerrimam fide, spe fidissimam, charitate ardentissimam, obedientiam benevolentissimam, Catholicæ Ecclesiæ, hoc est, Deo ipso, cum votis, supplicationibus, precibus, intimè adhærere? Quod maius opus, quam iuvandæ patriæ totum se dare, excitare affictos, opem ferre egentibus, totum se vobis hominum tradere? Quod verius opus, quam ita viventem, usque ad extremum vitæ spiritum, benè agendo non defatigari? verbis opus non est, luce sunt clariora omnibus, hæc omnia fuisse in Samoscio: in votis, suppliciis, precibus ad Deum fundendis, noctes, atque dies perseverabat ardenterissimus: sacrorum, & rituum

tuum, quæ Ecclesia Romana probavit, observantissimus: in communione sacramentorum frequentissimus: in operibus pietatis largissimus. Testantur pietatem templa, altaria, magnifico opere, ac sumptu constructa, preciosissimis apparatibus ornata: testantur ordines, & collegia sacerdotum dotata: testantur donaria in subsidium pauperum, tam literis operas navantium, quam civium legata: testantur ptochodochia ædificata, & munerata. Quod si ut sanctissimi homines senserunt, decretisque publicis sciverunt, utile, & necessarium est, esse seminaria, in quibus iuventus piè, ac sanctè, à ministeriis divinis futura, instituatur, Academia quoque Samoscensis in opere pientissimo illius iustissimè debet memorari. Cuius pietatis, quum non solum auditor, sed etiam spectator esset: nec spectator solum, sed admirator Clemens octavus Pontifex maximus, toties animum

hunc eius exosculatus, honorificenterissimè scriptis literis laudavit, augustinissimaque munera ex sanctuarij sui, imò totius cætus Christiani thesau-ro deprompta, petenti dedit libera-liter: quibus nunc nova templa, novis gratiæ divinæ muneribus quasi animata, salutariùs à cætu Christia-no frequentantur, & celebrantur. O divinam herois nostri pietatem, auditores, qui loca paullò ante horrida, & inculta, ferarum latibula, non solùm frequetiâ hominum, sed, quod maius est, divini cultus stu-diis, fecit esse celeberrima. Præsci-verat hunc, & prædestinaverat Deus Opt. Max. tales futurum: idcirco tanta illum felicitate beavit, quâ omnes nostrorum Imperatorum, omnes exterarum gentium, potentissimorumque populorum, omnes clarissimorum Regum res gestas superavit. Magnas res gessit Cyrus Persarum imperii conditor, Asiae & totius orientis domitor: sed infelix

demum,

deum, quum in fœmineas insidias præcipitatus, exercitum & vitam simul perdidit: nulla talis in nostro offensio, semper victor, nunquam vicitus, usque ad extremum vitae spiritum perduravit. Magnas res gessit magnus Alexander Macedo, imperii Græci auctor, Persici eversor: sed infelix: primum fortuna, deinde vino ebrius: commissator, amicorum charissimorum interfector, per regre suorum insidiis obiit. Nostrum heroem, nec adversa fortuna unquam fregit, nec prospera inflavit: plus semper genio negabat, quam indulgebat, imò quam necessitati satisfaciebat: amicorum observantissimus, ab inimicis cautissimus. Potentissimus fuit populus Romanus virtutibus bellicis Scipionum, Syllæ, Pompeii, Iulii Cæsaris: virtutibus urbanis, Ciceronis, Catonis. Sed Samoscius felicior Scipionibus: quorum maior Linterni exulavit, maior à suis in cubiculo

est interfactus: felicior quam Sylla,
qui respersus sanguine suorum ci-
vium, crudelitati finem posuit, ino-
piam cedendorum: felicior Pompeio,
qui civili bello victus, eunu-
cho imbelli iugulum præbuit: felici-
or Julio Cæfare: qui oppressor li-
bertatis, eversor legum, tyrannus
patriæ, civili ferro atrocissimâ mor-
te obiit: felicior Cicerone, qui nul-
lus prope in rebus bellicis, primum
exul, deinde proscriptus, subiecit
caput ferro interactoris. Duabus
tamen rebus similis: una, quod am-
bo fuerunt doctissimi & eloquentissimi:
altera, quod ambo libera Repub.
Patres patriæ sunt appellati.
Magnus autem Samoscius, rebus
gestis æqualis Scipionibus, Syllæ,
Pompeio, Julio Cæfari, doctrinâ
& eloquentiâ Ciceroni, & felicitate
omnibus his superior: nunquam
sanguinem civilem vidi: incola-
mem patriæ libertatem conservavit
illud in se convertit, quod de illo

Censorio

Censorio Catone proditum erat: fuit optimus civis & Senator, optimus Orator, optimus Imperator. Catonis tamen virtus, flamma invidiæ adusta, conflagravit: Ioannes Samoscius, omnem invidiam virtute superavit. Iam fractâ valetudine ex Livonico bello rediit: neque tamen hæc eum à salute Reip. est remorata. Causâ Comitiorum VVarschaviam ivit, sed quacunque ivit, omnis populus certatim effundebatur gratulabundus, conservatorem, patronum Polonię, Patrem patriæ salutando: tensis palmis in cœlum, vota & supplicia pro salute illius suscipiendo. Cui vñquam post Poloniæ memoriam, talis triumphus contigit? Cantabatur cum plausu Cesaribus Romanis ille versiculus:

De nostris annis tibi Iuppiter augeat annos.

Sed iā non libera Repub. servorum & adulatoriū servitus & adulatio, illas non veras, sed fictas voces extor-

H 5 que-

quebat. Ioannes Samoscius in Repub. liberrima , à liberrimis hominibus , Pater patriæ est appellatus : supra omnem invidiam caput extulit. Imò ex ipsa invidiâ clarissimum triumphum egit : omnium triumphorum decus. Rediit à Comitiis domum , debilissimo corpore , sed animo vegetissimo : sensit se ex huius vitæ statione evocari : ab illo summo omnium Imperatore : sacris Christianis se armavit : & iam funeris sui cantator ipse , tumulo suo , hæc verba concepit , & inscribi iussit : *Ioannes Samoscius , quicquid mortale habuit , hic deponi iussit.* Magno ac invicto , ut semper fuit , animo , inter sermones , de æternâ illa beatitudine , de præmiis bonorum , obdormivit. O lux Poloniæ extincta es : ô turris fortissima fracta es. Dum vivebat , duo hæc optabat : vnum , vt patriam liberam relinqueret : alterum , vt filium decurso artium optimarū curriculo , excultum & eruditum conspiceret.

spiceret. Nam hac etiam optatissima parentibus felicitate cumulatus est, Thoma Samoscio: qui suscepitus ex illustrissimâ & lectissimâ coniuge Barbara, Comite à Tarnovv, non solum ore patrem refert, sed etiam indole & ingenio: mirifica memoriae capacitate, discendi celeritate, intelligendi acumine: ut illi pater non solum patrimonium, sed etiam gloriam hæreditate reliquisse videatur. Vtrumque igitur consecutus est. Exantlatis enim sexaginta trium annorum laboribus, decursis honoribus, domitis hostibus, pacatis finibus, in libera Repub. mortuus est: alterum reliquit iis continuandum, quorum curæ domum suam univer-
sam commendavit: Georgio Samoyski, Episcopo Chelmensi, Ab-
bati Cervenecen. cognato & dile-
cto suo: Nicolao Zebrzydovvski
Palatino Cracovien. ac Generali,
affini suo: Marco Sobieski Palatino
Lublinen. Stanislao Zolkievvski,

Castel-

Castellano Léopolien. ac Præfecto
Campestri exercituum Regni Polo-
niæ, laborum suorum in bellis alte-
ro Theseo. Hi sapientiâ, virtute, ho-
noribus, ac rebus gestis, magni &
illustres viri, cum præceptoribus,
quibus ille dum vivebat institutio-
nem in literis bonis filii sui manda-
rat, nihil antiquius habent, quam ut
ex præscripto parentis, & desiderio,
educetur, instituatur, erudiatur: &
qui nunc sunt in ætate tenellulâ,
annorum duodecim, profectus il-
lius in studijs humanitatis, ex his
non dubium argumentum sumitur,
fore ut existat dignus & patriâ & pa-
rente filius. Quum igitur ita haberet,
quod non solum sapientissimi ho-
mines putaverunt, sed etiam sanctissima
religio Christiana confirmat:
qui patriam conservaverint, adiuve-
rint, auxerint, certum esse in cœlo,
ac definitum locum: ubi beati ævo
sempiterno fruantur. Ioannes Sa-
moscius, qui omnibus dum vixit, à

Dco.

Deo Opt. Max. muneratus fuit: pa-
triā non solum iuvit, conservavit,
auxit: sed vitam & spiritum pro sa-
lute illius effudit: in piis operibus
facultates & vitam consumpsit: in
hoc curriculo usque ad finem perse-
veravit: potestne cuiquam dubium
esse, quin postquam mortuus est,
cœlo receptus, ævo sempiterno frua-
tur? Frustratur verò, & quod in vivis
faciebat, orat obsecratque pro pa-
triâ. Te verò, ô Rex Sigismunde,
ô patria, ô cives, supernè alloqui-
tur. Ego iam à vobis nulla præmia
virtutis, nulla insignia honoris, nul-
la monumenta laudis postulo: me-
moriā laborum meorum & meri-
torum postulo: in me exemplum sta-
tuetis, quâ conditione posthac eos
esse velitis, qui se pro salute vestrâ
obtulerint, laboribus, periculisque
omnibus: ne mentes, ne fraudes, ne
tela importunissimorum hostium
vobis nocere possint, ego providi:
ne ipsimet vobis, ac mihi noceatis,
vestrum

vestrum est providere. quamquam
mihi nihil iam noceri potest: quid
enim est, quod mihi iam ad vitæ fru-
ctum possit acquiri? Sed vestri fru-
ctus sunt, vestra laus, in vobis per-
petuum præsidium esse, iis, qui dum
vixerunt, perpetuum præsidium vo-
bis fuerunt: hoc bonitas animi, hoc
gratitudo, mater virtutum omnium
postulat. Hæc ille à patria. A te ve-
rò generosissime puer, non iam la-
chrymas, sed ut memineris, quo &
quali parente natus sis: quibus ma-
ioribus: ut Patronos tuos ames, co-
las, observes, studia literarum tra-
ctes, Academiam hanc paternam,
altricem iuventutis tuæ, ames,
wearis, augeas: ut dignus
tanto parente filius
inveniaris.

DIXI.

Habita V Junii A. C. M D C V I
Zamoschii,

Tumulus

MAGNI ZAMOSCI

DOLORE OMNIVM SVM MO^C
DENATI

III IVNI A. C. M DC V.

QVa nituit clara fœcunda Polonia gemma,
Nunc Mors in gelido luxuriat tumulo.
Dicamne heroum exemplar, diteve, SAMOS
CVM?

Vix aliis maius Lechica terra decus.
Hic sibi, non Patriæ vixit satis, attamen, ehen
Quis vetet occiduas non periisse rosas?
Effundit mæstas natus cum matre querelas:
Iam satis, ut miseris temperet à lacrymis.
Cælo animam, terræ liquit sua viscera: mirū est
Hunc tumulum tantum condere posse virum.

Chrysostomus

MAGNI EPISTOLAE

AD CORINTHOS
AD ROMANOS

III IANUARY A.D. 1524.

Deinde quodcumque peruenit deponit
ad eum etiam si non est deponit
deinde quodcumque peruenit deponit
ad eum etiam si non est deponit

Deinde quodcumque peruenit deponit
ad eum etiam si non est deponit
deinde quodcumque peruenit deponit
ad eum etiam si non est deponit

Amos vii
item arde.

manuscript. The text is written in a single column, with some marginalia and small headings. The script is a clear Gothic hand, likely from the 15th century.

ad vitam Joh. 2 annosq;
m. ita pertinent. / p. 76
referenda.

Cum quadriennio attix in Gallia
frisset ac bonarū artium et scī
non vulgarem cognoscēt, 2ā a.
Gallicā magnum usum q̄sem
tg. frisset, reveratq; a' patre, q̄i
temporū illorum fato diversā re-
ligione infecty in Germaniā
in illūn versari volebat, sū
gentoratum venit ubi cum
Johanni Sturmo Romini
in Eloquentiā tam clav per
alij tempy opam dedisset, q̄z
cap m. literas attixit. Qua-
rum etiā quā legeret, satir in-
tellegere, studium tñ hoc a
se int̄missum non raro dñebat
m̄x̄ a orationis exercitacōib; per
il tempus se dedit. Sed cum

Sed cum incen^{ti} et studio,
fauile à Patre impetravit,
et in italicam optimarum
artium matrem m^{er}itam patavini
ad ges^{am} ab aliq^t atq^t
tq^t ad meritatū aliquem
bonarū artū totū Europa un-
iversus fieret, mitteret. Flo-
rebat eo Ep̄e patavij in
studij^s humaniorib^z q̄r^t ar-
tib^y q̄ elegantiores vorantur
deo, francy Robortello retinens
et caroly Sigonii Maticensis
atq^t ita florebat, ut, quod
inter eamundam artium ple-
num p^r. evenerit solet non ob-
fanci & molitiones intercedent
Cui n. idem in Relin. p. ita
in Scholis m. fere, quo ip^a p^r 107

estudi et gressus mei
prout quo alio loco
veneratur et non ob in fa-
ceret per me mordet sed e-
stans spide deus resipit
incipit manus se pat
re agnus et ad fidem rivot
et. Quodcumq; pietatis
et pueris dicitur et hoc in
eius pte pueris pueris et pueris
concedit pueris et pueris q; vobis
vobis dicitur pueris et pueris
pueris pueris pueris et pueris
vobis pueris et pueris et pueris
vobis pueris et pueris et pueris
vobis pueris et pueris et pueris

quoq; imaginem qd. Remm P.
pm se ferat, et capitam dis-
cessionibus vulgo m. discon-
ficiat in diversa stadia ut
plurimum suudi soleat,
Robertelli parter Germania
ser factio, sionij Gallia-
cum quā Polonica con-
tracta ser esse soleat i se
quebat. Tam socij tr ut
Sionis potissimum se da-
ret, casu ser Robertelli pe-
tij motuitate quedam yachu-
et fuit cum n. eo dīo Pa-
tarium venisset, ut nulli plipac
aditq; omnes à qbar discere
aliquid posset, Colonijs eodem
instituto Robertellum tr. de
quæstione quedam literaria

Quoniam dicitur de reperiuntur quoniam
de mortuis est. Tunc si ergo
accidit ut videtur resurrexisse
de mortuis, dicitur ei mortuus
est. Quia illius mortuus
accidit ut videtur illud dicitur.
Tunc si ergo, existat ut
accidit ut videtur dicitur mortuus
est. Ita deesse ergo videtur
ut si pereatur. Ita et pere
atur et non videtur esse mortuus
in illis casis sed illis casis
videtur non esse mortuus. Ita et pere
atur et non videtur esse mortuus
in illis casis sed illis casis
videtur non esse mortuus.

ad vitam Zamorsij addens.
literaria aliquanto adgeset
ille ad captandum se à Sigonio
submissum ratus, arpenus
aliquanto, quoniam non modo stu-
dia homini Magistrum se pro-
fitebatur, venus communis
m. humanitas postularet, eū
a se rejecerat: quā epur aspe-
nitate offensy ita postea Sigonio
se dedit, ut plurimi enī rebj
contra Robortellum suaret
Nam et alijs Polonijs ei con-
ciliandis et in scriptis q̄r q̄b
non modo Magistri i q̄i, d factio-
nes exundem mutuo q̄s se laces-
cebant, magno usq; ei fuit, m̄x-
ta cum utraq factis suum p̄

altero Senatui Veneto seu
Triumviris literariis, publica-
cè commendaret, ut Robortel-
lo Sagonius praferretur, arti-
ficio quodam perficit.
Cum n. Robortellianum pa-
tium, qui universalis Schola noie
Robortellum contendarent,
duo Venetiar missi essent, Za-
mosius diversatum pathum le-
gatione suscepit, compluribz
goes vobis fuit sibi adjunctus
singulis singularibus nationibz
qz. Legatis nomina imposuerunt
contra goes cum duo soli pro-
dysserint, in eam opinionem bell
adduxerunt, ut Sagonium oes-
tete, externe sacerdotum nationibz
commendare, Robortello duo
solii favere videbentur

Si

Simili fete artificis Restoratus
m. deinde, à Germanā natione
non minus nihil tale expertus
quam indignante, ad se trans-
tulit atq; ita gesit, ut in hoc quoq;
cave ingenium tam industria
eius māe tam elicerent. --
Cateroquin Patavij ita versab-
tur, ut cum doctissimis Uis audi-
endis, tam optimis. autorib;
legendis omne tempus tran-
mitteret. Namq; nullus omnino in
omni genere disciplinarum ex
retulitionib; praeclarus autor esset
quem non studiisissime cognosceret
eodem tempore id ei affectus
fuit quod mentis māe felicitas
fir loro sibi ducebat, ut Luthe-
ri dogmatib; quā a Patre si-
bi tradita essent, rebūtū, an

Cum reliquum optimam dotum
scientia, religionem in simul-
Catholicam ampliteret ut
eandem femei auctoritate
non modo summa gitta veni-
tante m. studio; ad mortem u-
cohut, ut privati m. dominis
Xavi offrūs non contentus, nub-
cum fere, q modo ex privato
domine prestari posset. Sacer-
dotis m. officium p̄mitte-
ret. Per item tetrapur, studijs
q; autonimy optimorum lectionis
toty dedit, inter ipsas tr
literas veram Leip. administris-
tionem asilue meditans, ad
eam omnia studia referebat
ad eamq se parabat, secus
quam alij vulgo facere solent

qvi


qui in artis ac subl. munere-
nib[us] positi, q[uo]d gerere ea
debeat, discunt. — Script
tum et Senatu Romano libet
duos, quos esse adolescentem
edidit, q[ua]m s[ecundu]m et elegantia let-
monis latini et cum omnibus li-
berationis litteratura. inde tamen
historie eruditasq[ue] antiquitat[er]
cognitione praeclara de Rep.
tum valuerit, non difficulter
ex q[ui]dem iudicari potest.


Resulit inde in patrum, jam an-
te q[ui]dem expectatoe ab inventore
altute de eo concepta, tum fa-
ma m. ac celebratio oīm magis.
Quā Sigismundus Augustus et ele-
gantioris ingenij et exquisiti pa-
diciū Reg[is] idemq[ue] auerissimū inge-
nitionum estimator p[ro]motus, cum

cum alio^s Patrem ejus ab
aristatem eximierⁱ in Remp.
menta summo favore prosequetur
ipsum q^{uod} mot in clementiam famili-
atry suam recipit, ut tu cum li-
beralib^z artib^y usum ejuniet et q^{uod}
m^{er}e perfecte deum apertio
elle solet; apud Petrum Myisko-
vium Senatores et Graec et La-
tine doct^r inueniuntur et tum Vice-Cancet-
lariorum, secretarij loco in cancellaria
n^{on} eum esse vult. Prima haec
fere principiay in regno hoc si sola
ad rem publicam auctoritib^y ho-
bilib^z elle solet, in qua, cum ipsa
sit magna Remp^o pars sit, non
solum scribendo, negotiaq^{ue} tractare
ingenij sui specimen edat idem.

idem exercent. Verum ab his
deinde ministrijs, & in Rcp. me-
nitig ad altiores honores proventi, ne
tq̄ corporis Rcp quidam, ac publicum
negotiorum ignari in Senatu venient
Lso loco ita mox psatis fuit, ut ingenium
mirarentur, industria agnoveret oes
Matine in eo loco ouario oblate
ei fuit, quo et industria sua specimen
ederat, et una cum grā p̄s
summarū Rcp. usum consequeverat
Tabularium publicum, in q̄ omnia mu-
nimenta publica, et foedera cum
victis Principibus ac populis constituta
controversia q̄ cum eodem aliquo
incessante legato tractaverit de
litteris comprehensa - et juri dicitur
servata, à Romano ante multos
annos aliquo, nec satij auaritate te-
mum.

Regi eti magistratus ac Sea
nati ignotum quod erat. itaq
ut publice ejus rei cura aliena
demandaretur. plauit qui publica
omnia monumenta inspecta digere-
ret. rationem eorum omnes posset reddi-
re. Ad quam rem, cura et fides &
maximum ingentium sumnum pri-
mogenititia requiriatur. Nam siq; ex
omnibus cotissimum delectu ad
eam fact. Cracovia iyz in arce-
abi monumenta publica servare cum
per triennium, hinc rei opam dede-
ret, gloriens studis ac labore
perficit, ut scripta oia q; ab ali-
quot loculis cernulata. Ita antiqui
autem ac rituum, p[ro]p[ter]a corrupta, p[ro]p[ter]
difficiliora lectu essent, ille non solle
diligenter & legeret, venie simul an-
cta eorum s[ecundu]m sumar cōnotaret, dige-
ret, ordinet, p[ro]p[ter]a locis, ut primo
quod intuetu a[cc]o magne negotio re-
petit, p[ro]p[ter]





Biblioteka Jagiellońska



stdr0018047

